
De diuina inſtitutione Pontificatus Romani Pontificis ſuper totã eccleſiam/a Chriſto in Petro.



Pontii Petreii.

Hoc proprium Thomæ fuit/ne crederet
Quæ non uideret/atq; palparet prius.
Thomas sed alter tu orthodoxis consulens/
Tam diligenter/atq; acute disputas.
Vt quisquis aliud sentiat/nil sentiat.
Qui ueritatem sic doces/sic detegis
Oculis uideri ut possit/& tangi manu.

ℭINDEX CAPITVM.



¶AD LEONEM.X.PONT.MAX.

De diuina institutione Pontificatus totius ecclesiæ/in persona Petri Apostoli: Libellus Thomæ de Vio Caietani/Cardinalis Sancti Sixti.



LLVSTREM SAPIENTIBVS sentẽtiam in uulgarem quoq; lucem proferri exigũt Pater beatissime: qui ea quę seipsis manifesta sunt/ab his quæ per alia nota fiunt non discernentes/nodum (ut aiunt) ĩ scirpo quęrũt/& meridiana in luce cæcutiẽtes ostendunt. Obnubendi siquidẽ euãgelicam claritatem tanta est licentia his qui sua non sunt sorte contenti: ut ecclesiæ uultus (licet serenissimus) nouitatum inuolucris perturbet': quippe quorum studium est certa/& lucida in quæstionem uertere/ac obscura aliis reddere. Ea Propter Petri/successorumq; eius Romanorum Pontificum principatus/tot ætates/tempora/atq; ciuitates trãquilla possessione obtenti/ius Euangelico sole fulgens/impetitum argumẽtationibus inuoluentibus exercitatos/parum in sacris litteris tueri/ tenebris exuẽte/atq; in medium proferre sic intendimus/ut ueritas hæc omnibus luceat/& propriis splendoribus uniuersæ creaturæ penetralia attingat. Habeat igitur catholica ecclesia tibi credita Pater benignissime/lucubratiunculam hanc pro rudioribus: ne obscuritatibus obruantur.

¶Quid/quomodo/& quo ordine tractandum est. Cap.I.



RINCIPATVS Romani Pontificis super uniuersas Christi ecclesias/quamuis quæstionibus multis pulsatus fuerit: nostro tamen proposito/unica inuestigatione absoluendus occurrit. Nõ enim uertitur hic in dubium/an Romanus Pontifex sit de facto caput ecclesiæ: nec an idem potestatẽ habeat a Deo/eo modo/quo iuxta Apostolũ Ro.xiii. non ẽ potestas nisi a Deo/& quæ Deo sunt/ordinata sunt: & sicut potestas regia ĩ ueteri testamẽto erat a Deo

iuxta illud.i.Regum.viii.Audi uocem eorum/& constitue sup eos regem: eiusmodi enim omnia aduersariorum multi affirmant: Sed uertitur in quęstionem an a Christo institutus fuerit Ro. Pontificis sup omnes ecclesias principatus in beato Petro: ita q instituerit Christus Petrum cum eius successoribus/suum Vicarium ad gubernādum omnes Christi ecclesias. Quo fit ut loca a ratiōibus/& auctoritatibus affirmātibus Petrum/seu Romanum Pōtificem fuisse/seu esse caput omnium ecclesiarum/a præsenti secreta sint intentione: & ea dumtaxat afferenda sint/ex quibus Christum dominum contulisse huiusmodi principatum Petro soli habetur. ℭ Quia uero ex sacris litteris pendet omnis quęstionis huius ueritas; & duo sunt præcipui textus/scilicet Matthę. xvi. Et Io. ultimo/expresse de hoc mysterio loquētes: ideo primo iuxta utrūq textum inuestigādum est/an soli Petro uerba Christi dicta sint.

ℭ Secundo an per hæc/soli Petro Pontificatus totius ecclesię/a Christo commissus sit. ℭ Tertio an hic totius ecclesię pontificatus Petro a Christo cōmissus/sit ab eodem domino datus successori Petri.

ℭ Quarto an sit a Christo hic pontificatus datus Romano Pontifici/ ut Petri successori. ℭ Vt autem primi clara sit absolutio. Matthęi textus prius discutiendus sic est/ ut in primis tractetur opinio dicentium/ uerba Christi non Petro/sed personę qualificatę: deinde dicentium nō Petro sed ecclesię: postea dicētium Petro/& apostolis aliis: demum negantium soli Petro quia ecclesiæ dicta esse. Multifariam siquidem obnubilare conati sunt dominicam ꝓmissionē. Matthę. xvi. Relatā: Tibi dabo claues &c. Quidam nāq adeo restrinxerunt uerba hæc: ut ꝑsonam etiam Petri ab illis eximerent: & ad solum diuinum donum in Petro directa intelligunt. Alii etiam restringentes / & eximentes Petri ꝑsonam/ad solam ecclesiam in Petro significatam/ Christi uerba dirigunt. Multi autem extenderūt domini promissionem ad alios apostolos: ita q Petro in persona omnium apostolorum dicta accipiunt: Sed & nonnulli sunt/admittentes soli Petro hæc dicta: principatus tamen singularitatem collatam Petro negant: eo q similis potestas aliis apostolis a Christo collata alibi legitur: puta Matth. xviii. Quęcūq alligaueritis super terram: & alibi. Hęsitant deniq aliqui/quo pacto soli Petro claues datas esse uerificatur/& tamē datas quoq ecclesiæ eē claues omnes affirmamus. Quocirca ordine quo numerata sunt quinq hæc/sigillatim tractanda sunt: præponendo ubiq rationes dubitandi: ut opposita iuxta seposita magis elucescant.

¶ Petri personę/ & non dono reuelationis/ aut beatitudinis promissæ sunt claues &c. Cap. II.



ON desunt dogmatizantes pontificiam potestatem/ homini nō immediate collatam: sed dono uirtutis mediante: ita ꝙ perdito uirtutis dono/ perire simul pontificiam potestatem necesse sit: tanquam uirtus glutinum quoddam sit iungens homini pontificatum. Quo fit/ ut horum iudicio claues nō Petri personæ: sed eius dono collatæ sint in aliquo singulari ministro/ puta sacerdote/ seu iusto quocunq;. ¶ Argumētantur autem hi ex huius Euāgelii textu multipliciter.

Primo. ¶ Primo/ quia ante omnia dominus beatitudinē Petri affirmat: dicens beatus es proculdubio in spe uere fidei: non inchoasset enim a Symonis beatitudine/ nisi ad subsequētē Pontificatū spectaret huiusmodi beatitudo: nihil enim impertinens dixisse Christū decet.

Secundo ¶ Secundo ex eo ꝙ dominus adiungit Symon Bariona: hoc est filius columbæ: ut Hieronymus exponit. Quorsum enim Petrus accepturus pontificatum/ filius columbæ prenominatur: nisi uel eius simplicitas columba significata (iuxta illud: Estote prudentes sicut serpētes/ & simplices sicut columbæ:) uel spiritussanctus/ qui columba designatur: eoq; in columbæ specie apparuit in Christi baptismo/ ad ecclesiasticum principatum pertineret.

Tertio. ¶ Tertio ex ratione subiuncta: quia caro/ & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in cælis est. Mōstrāt enim hæc non a carne/ & sanguine/ sed diuina reuelatione instruendum esse/ qui aliis præficitur in christiana fide erudiendis.

Quarto ¶ Quarto ex eo ꝙ dominus addidit/ Tu es Petrus: & non dixit tu uocaris Petrus (ut glosa ibi notat) ob fortitudinem fidei/ & confessionis constantiam. Hoc enim cum omnibus præcedētibus ad uirtutum munera spectat: quæ ut dictum est/ aut impertinenter præposita sunt/ aut ad principatum tunc subsequenter promissum/ oportuna media sunt.

Quinto ¶ Vnde & quinto arguunt ex subiuncta prima promissione/ super hāc petram edificabo ecclesiam meam. Quum enim ista sit prima promissio Petro facta (quoniam ut Cyprianus/ Hieronymus/ & Aug. exponunt) per hanc petram demonstratur ipse Petrus: inquit enim Hierony. super Matth. Edificabo ecclesiam meam super te: & Aug. in lib. Retrac. refert seipsum dixisse/ ꝙ in apostolo Petro/ tanquam in petra

edificata est ecclesia: nec retractat hanc sententiam. Cypria. quoq; ubi supra dicit. Loquitur dominus ad Petrum: ego dico tibi quia tu es Petrus/ & super hāc petram edificabo ecclesiam meam: super unum edificat ecclesiam &c. Quum inquam hæc sit prima promissio facta Petro: & hæc promissio non immediate/ sed mediante dono firmitatis/ & soliditatis ad personam Petri pertineat (ut ipsa domini uerba testātur): dum non dicit super te/ sed super hanc petram/ hoc est super te petram edificabo ecclesiam meam consequens est ut subsequentes quoq; promissiones intelligantur factæ personæ Symonis/ quatenus erat Petrus/ & filius columbe/ & beatus &c. ¶ Et confirmatur: quia ista promissio non solum est prima/ sed principalis: nam precipuum donum Petro collatum/ est esse fundamētum ecclesiæ. Ex hoc autem ꝙ hæc promissio est prima/ & principalis: consequens est/ ut aliæ promissiones consequentes/ sequantur naturam principalis: ac per hoc nulla promissio est facta personæ humanæ/ nisi mediante dono uirtutis: quod erat intentum manifestandum. ¶ Non est difficile catholico doctori monstrare falsam esse relatam sententiam/ ducendo ad damnata inconuenientia. Nihil enim aliud est huiusmodi dogma/ q̄ hæresis quorumcūq; dicentium in malis ministris non inueniri ecclesiasticam potestatem: clauesq; ecclesiæ in solis/ & omnibus iustis haberi/ ecclesiamq; ex solis iustis constare: quæ omnia reprobata/ ac damnata esse constat: ¶ Verum ne hæretici censeantur se opprimi auctoritate prælatorum & non Euangelii: ex ipso Euangelii textu catholicæ doctrinæ reddenda est ratio: Ad cuius euidentiam/ aduerte duas esse in hoc domini sermone ad Petrum partes: quarum prima secundum planum Euangelii contextum ac sensum/ ad confessionem quam Petrus fecerat pertinet: nam nihil aliud continet/ nisi reuelatæ confessionis actorem/ fructum/ seu præmium: & personam/ seu personæ conditionem/ cui reuelatio facta est. Dicendo beatus es/ fructum seu præmium pronunciat: dicendo Symon Bariona/ personam ad litteram/ seu conditionem personæ mystice/ puta simplicitatem/ seu spiritualitatem aperit: & dicendo quia caro/ & sanguis non reuelauit/ sed pater meus/ actorem reuelationis mōstrat: tota ergo prima pars sermonis/ ad reuelatam confessionē spectat/ & non ad futurū principatum. Quod ut plenius itelligas/ uide singula. Merito & accepta reuelatione Symō beatus dicit': qm̄ si scdm

Cōfirmatio.

pliam beatus in hac uita est/qui ad cognitionē supernarum substātiarū puenit:& secūdū Euāgelicā ueritatē beatitudo uiatorū in spe uere fidei cōsistit (iuxta illud Beati qui nō uiderunt & crediderunt) longe magis Symon beatus fuit/quum ad cognoscendum trinitatis mysterium peruenit:non innixus reuelationi aliis factæ(ut nobis contingit:)sed reuelationi sibiipsi interius factæ. Ad hanc enim cognitionem Petrum peruenisse testantur uerba Petri: testatur & dominus:cōfessus est enim Petrus: Tu es Christus filius dei uiui:cōfessus fuerat olim Nathanael: Tu es filius Dei. Ioan.i. Confessi fuerāt q erant in nauicula:uere filius Dei es. Matth. xiiii. Confessus fuerat & Petrus in persona omnium: & nos credimus/& cognouimus quia tu es Christus filius Dei. Io. vi. Nūquā tamen dominus beatitudinis præmium apposuit nisi nunc: quia nunq̄ confessio facta fuerat/q̄ esset filius Dei naturalis/ qualem modo Petrus explicauit adiungēdo illud adiectiuum uiui. Hoc enim dupliciter potest intelligi. Primo ut sit adiectiuum determinans suum substantiuum absolute:ut ita dictum sit Dei uiui/tanquam dictum fuisset Dei ueri/aut Dei omnipotētis: Et sic p accidēs adiungeretur Petri cōfessioni ad maiorem expressionem ueri Dei/ad differētiam deorum lapideorum/seu mortuorū: ut Saturni/Iouis/& reliquorum. Alio mō ut determinet suū substātiuū/scilicet Dei ī ordine ad filium/cuius enūciatur pater/dū dicitur filius Dei uiui:& sic p se/& essentialiter apponitur confessioni Petri:&constituit Petri confessionem esse per se essentialiter/ ac formaliter ueram:& altissimi sensus: significatur siquidem hinc plenissime/ & formaliter modus/quo Christus est filius Dei/scilicet q̄ ē naturalis filius Dei. Et ne altitudo sensus/ sententiam claram obumbret/ manifestatur q̄ dicimus ex differenti filiatione nostra/& Christi: cōe namq̄ ē Christo & nobis/q̄ simus filii Dei(secūdū q̄ ď nobis scriptū est. Io. i. Dedit eis potestatem filios Dei fieri)sed nos sumus filii Dei/quia uult: iuxta illď Ia. i. Volūtarie enim genuit nos uerbo ueritatis: Christus autem est filius Dei/non quia uult: sed quia est. Ratio siquidē quare Deus nos genuit filios: est sua uolūtas/qua elegit nos: ratio autē quare Deus genuit Christū/est sua essentia/qua genuit unigenitū Deum/quia & ipse Deus ē. Hoc autem uocādo ancillas ad theologicam arcem/quia uiuere uiuentibus est esse(ut dicitur secundo de anima)significatum est p Deum uiuum: ex eo namq̄ q̄ uiuere uiuentibus est esse / idem est filius Dei uiui inquātum uiuit/& filius dei inquātū est. Meminit tamē Petrus

non dei

non Dei esse/neq; Dei naturæ; sed Dei uitæ: quoniã cuicunq; est filius conuenit generare filium/nõ ea ratione qua est/nec ratione qua res naturalis est: sed ea ratione quã uiuit. Quod si altius perspicere cupis: iunge hæc simul/scilicet filius Dei uiui: quũ enim cõstet ex una parte filium sonare genitũ talem qualis eius parens est/& ex altera parte parentem significari Deum uiuum si cointellecta fuerit philosophica traditio/scilicet naturalissimum operum esse omnibus uiuentibus facere tale/quale ipsum est: ut habet̃.ii.de anima. manifeste uidebis/ꝙ dicẽdo filius Dei uiui/significatur naturalis filius Dei: ex eo enim ꝙ filius Dei ponitur genitus a Deo dicitur: ex eo autẽ ꝙ filius Dei inquantum est uiuus ponitur/per naturalissimum opus uiuentis quatenus uiuens est/genitus significatur. Acutissime ergo/& formalissime Petri confessio Christum non adoptiuum Dei filium/sed naturalem Dei filium manifestat/dicendo Christum filium Dei uiui. Et si altius adhuc intuiti fuerimus/percipiemus in hac respõsione claudi non solum duas trinitatis psonas/filium scilicet/& patrem/& rationem/ac modum generationis.s.ꝙ ille naturalis pater/& ille naturalis filius (ut declaratum est) sed consubstantialitatem/coeternitatem/ac coequalitatem utriusq;: nam ex eo ꝙ naturalis filius est talis qualis est pater/& Christus dicitur filius Dei uiui/significatur quoq;/ꝙ ipse est Deus uiuus: & quum non sint multi dii/consignificatur ꝙ est unus Deus cũ patre: ac per hoc cõsubstantialis/coæternus/& coæqualis. Nec spiritussancti psona omissa ẽ; Christus enim sonat unctũ spiritusancto: ut ipsemet Petrus declarauit. Act.x. Quo fit ut hac cõfessione Petrus non minus diuinæ trinitatis/ac generationis mysterium docuerit/q̃ Ioannes/dicẽdo/In principio erat uerbum/& uerbũ erat apud Deum &c. Immo licet Ioãnes spiritualius/dum ad immaterialem/intelligibilemq; gradum penetrauit: Petrus tamen personas nominibus propriis filii/ac per hoc patris/& generationẽ naturalem/cũ ratiõne generãdi clarius significauit/dicens/Tu es Christus filius Dei uiui: & ideo iure a saluatore mundi beatus affirmatur. Ad hunc etiam altum huiusce confessionis sensum tendisse inuenies Origenem/Chrysostomũ/atq; Hylarium. Hunc tam altum istius cõfessionis sensum testatur ecclesia/quotidiana ueneratione repetens prima diei hora: Christe fili Dei uiui &c. Merito quoq; ad eãdem reuelationem spectat Bariona: dupliciter siquidem ut Hieronymus dicit potest intelligi; uel legendo Bariona/idest filius Ionæ (bar enim

idem sonat quod filius (uel q̄ uitio scriptorum detracta sit media syl- laba: quum deberet legi bar. Ioanna.i. filius Ioannis: Symon siquidē creditur a multis filius Ioannis: secundum tamen ueritatem fuit fi- lius Ionæ: ut patet Io.i. Symon filius Ionæ tu uocaberis cephas: li- cet uitio scriptorum latini codices sint corrupti. Est ergo primus sen- sus mysticus/ tamē tu es filius Ionæ idest columbæ: secundus autem litteralis Tu es filius Ionæ seu Ioanne uterq; autem sensus proposi- tum fouet: nam si filius exponitur columbæ/ simplicitatem/ ac spiri- tualitatem personæ ipsius Petri/ tanq̄ habilis ad reuelationem susci- piendam indicat: ad reuelationem nanq; diuinam suscipiendam simplicitas/ & spiritualitas maxime præparant: spiritus enim san- ctus disciplinæ effugiet fictum (ut dicitur Sap. primo) & animalis ho- mo non percipit quæ sunt spiritus Dei .i. Cor.ii. Si autem filius Io- næ uel Ioannis intelligitur/ ad confirmationem confessæ ueritatis ualde spectat: quoniam pertinet ad hoc/ q̄ ideo dominus naturalis patris ipsius/ non Petri: sed Symonis meminit: ut subiungendo/ quia caro/ & sanguis non reuelauit/ sed pater meus/ ex hoc ipso q̄ patrem suum/ & naturalem patrem Symonis e regione ponit/ tanq̄ diceret beatus es Symon filius Ionæ/ seu Ioannis/ quia non pater tuus secun- dum carnem & sanguinem reuelauit tibi/ sed pater meus/ qui in cæ- lis est ex hoc inquam ipso eruditus quisq; intelligat patrē qui in cœlis est/ ita esse naturaliter patrem meum/ sicut Ionas est naturaliter pa- ter tuus. Et hoc iam notauit Chryso. dicens. Vanum est dicere tu es filius Ionę/ uel Ioannis/ nisi ut ostēdat quoniam ita naturaliter Chri- stus est filius Dei/ sicut Petrus filius Ionæ: eiusdem substantiæ cum eo qui genuit: Oportuit autem saluatorem nostrum commendare Petri confessionem/ manifestando illius actorem/ & præmium & cætera: ut Petri confessio uera habeatur: & sic ipse uerus/ ac naturalis filius Dei credatur ex petri confessione/ nō a carne/ & sanguine/ sed a cœ- lesti patre deriuata: nisi enim hoc manifestasset/ confessionem Petri ut humanum uerbum acciperemus: nunc autem ut a Deo prolatam sententiam habemus. Ex quibus omnibus clare patere potest/ q̄ hu- cusq; nihil ad principatū Petri pertinēs dictū est. ¶ Tota igitur pri- ma pars dominici ad petrum sermonis circa illius confessionem uer- satur: & ad approbationē fidei de seipso Christo filio Dei uiui perti- net. Secunda autem ad Petro promittendum cōuertitur: unde & in- choat a reddendo uices ipsi Symoni Petro/ & ego dico tibi: tanq̄ di-

reret(ut Hieronymus notauit)tu mihi dixisti/Tu es Christus filius Dei uiui/& ego dico tibi.tu es Petrus/& super &c. Vbi aduerte non solum diuersas/uero non unius/sed diuersorum generum promissiones Petro factas esse: nam prima promissio constructionem respicit ecclesiæ/edificabo ecclesiam meam: secunda autem auctoritatem/ dabo claues regni cœlorum/& quodcunq solueris &c. Illa ad ecclesiæ substantiam/ista ad officium respicit: tantumq inter se differunt/ quantum est inter substantiam/& officium distantia. Et licet in prima promissione triplex inueniatur intellectus: exponendo per hanc Petram/uel Christum/uel Petrum: uel confessionem Petri/ut Chryso. exponit: si tamen subtilius perspexerimus/unicus est sensus litteralis: hoc est/q per hanc petram demonstratur Petrus: Aug. enim in libro primo retractationum Cap.xxi. lectoris iudicio relinquit quæ duarum sententiarum sit probabilior/Petrus ne/an Christus demonstretur per hanc petram. Vnde hac libertate freti/ex ipso Euangelii textu dicimus/per hanc petrā Petrum demonstrari: ut patet ex eo q dominus dixit super hanc petram edificabo. Si enim seipsum demonstrasset/non dixisset edifica bo/sed edifico: quoniam tunc uere super seipsum edificabat/faciendo de Symone Petrum: super Petrum autem non tunc. sed post resurrectionem edificare cepit: & propterea dixit in futuro edificabo: acsi aperte diceret/te quem nunc facio Petrum/postea faciam fundamentum ecclesiæ meæ. Confirmaturq hic sensus: quia aliter impertinenter præmisisset tu es Petrus: quum tamen pro maxima re hoc Petro dictum Euangelium insinuet: quum dominus quasi reddens uices Petro (ut prædictum est) dixerit tu es Petrus: quid.n.tam magnum sonaret esse Petrum/aut quorsum tu es Petrus/nisi subsequenter demonstraretur & super hanc petram edificabo ecclesiam meam: Vnde Hierony. exponens hunc locum ait: secundum autem metaphoram petræ recte dicitur ei edificabo ecclesiā meā sup te. Expositio aūt Chryso. de confessione Petri/in idē redit: quoniā cōfessio fidei in idē redit cum soliditate/seu firmitate fidei/ quā denotat Petrus/nō enim differt ab ea/nisi tanq̄ actus ab habitu. & rursus constat q ecclesia magis habet pro fundamēto fidem/q̄ fidei confessionē. Vnde relinquitur q ad litterā p hanc petram demōstratur Petrus. Exactius autem loquendo dic hāc petram.i.in te petrā/in te soliditatē fidei/in te Christū creditū/in te Christū cōfessum: ut cōplectaris omnes sanctorū expositiones/nā singulæ ueræ quidē

sunt: sed partem tantum ueritatis explicarunt: fidem seu fidei confes-
sionem/aut Petrum/uel Christum exponentes. Quum autem utrūq;
simul iungitur. ita ꝙ & Petri personam/& Christi seu fidem simul si-
gnificari exponitur/integra ueritas/integer sensus habetur litterę: di-
centis non super petram: sed super hanc petram. Indiuiduatur siqui-
dem metaphorica petra/& fit hoc quia est in hoc demonstrato sup-
posito: sicut quodlibet aliud in Petro existens Idiuiduatur/& fit hoc
quia est in ipsa Petri persona. ¶ Hoc igitur integro sensu litterali pa-
tefacto/& admisso/& amplius aperiendo/ scito ex Euangelio om-
nes promissiones Petro factas conuenire in hoc: ꝙ omnes sunt fa-
ctæ unicæ personæ ipsius Symonis/qui dicitur Petrus: cui dictum est
Tu es Petrus. Manifestaturq; sic esse/primo de prima ꝑmissione/&
deinde de secunda. In prima promissione tria respice: primo tu/ se-
cundo es Petrus/tertio super hanc petram. Ex pronomine tu/demō-
stratur persona illa cui Christus loquebatur/persona dico/non quali-
tas aliqua: nam cōstat ꝑnomen tu/demonstrare substātia sine quali-
tate etiam apud grammaticos. Rursus ex pronomine tu/monstratur
unica persona/ut patet. Ex coniunctione propterea huius quod est
esse Petrū ad litteram/quum dicit/Tu es Petrus/significatur aper-
te affirmari a domino illam unicam personam esse Petrum/ & quia
per hanc petram demōstrat illam eandem petram/quam tunc pro-
nomine demonstratiuo monstrabat tu es Petrus. Significantissime
siquidem ille articulus hanc/exprimit eandem monstrari petram de
qua tunc erat sermo/quæ & per pronomen tu es Petrus monstraba-
tur: & hoc tanto clarius/quanto nulla alia petra tunc monstrata/aut
nominata inuenitur in euangelio. Esse igitur futurum Christi eccle-
siæ fundamentum/iungitur huic petræ: quæ quia iungitur personæ
monstratæ pronomine tu/oportet intelligere ꝙ esse Christi ecclesiæ
fundamentum promittitur unicæ personæ demonstratæ per tu: cui
tūc datum est ꝙ esset Petrus. Et ut hoc magis/ac magis notares: in-
choauit dominus/Et ego dico tibi/non beatitudini tuæ/non filio co-
lumbæ/non filio reuelationis: sed tibi. De secunda autem promissio-
ne clarissime patet/quia exprimitur pronomē demonstratiuum sub-
stantiæ/dicendo/& tibi dabo claues. Oportet nempe hæc ualde no-
tare/quoniam hinc cōmenta hæreticorum & scismaticorum spē te-
nus sancta/sed re uenenosa confutantur: aiunt enim super petram .i.
fidei firmitatem ecclesiam fundatam. Verum dicunt/sed diminutū:

quoniam dominus dixit quidem super petram: sed nõ hoc solũ dixit/ sed addidit articulum hanc/dicens super hanc petram: quam procul dubio tũc monstrabat/dicens/ Tu es Petrus: si enim super fidei solidum absolute edificaturus esset/nõ dearticulasset soliditatem ad personam illam. Sed scismatici personalis fundamenti unitatem a Christi ecclesia tollere per hæc cõmenta nituntur. Dominus autem hos omnes præueniens/sermonem ad Symonem Petrum sub pronomine direxit: inchoans. Et ego dico tibi/& subdens tu es Petrus: tu/non beatitudo tua/aut aliquid eiusmodi: tu/non uos: tu unitas fundamẽti ecclesiæ/unitas quoq; personalis a Christo affirmata intelligatur: dum dicitur tu es Petrus/tu unus es Petrus futurus postea fundamentum/quando super hanc petram.i.te Petrum edificabo ecclesiam meam. Duplex autem aduertenda est inter has promissiones differentia: prima est/ꝙ esse fundamentum ecclesiæ non promittitur personæ Petri absolute/sed quatenus est Petrus/seu petra: claues autem regni cœlorum promittuntur personæ Petri absolute. Et habes hanc differentiam ex euangelio: dum de primo dicitur/ Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam/& non dixit super te edificabo ecclesiam meam: per hanc enim petram demonstrauit totum quod dixerat/ Tu es Petrus: nã petram reddidit ad litteram Petrus/& articulum hanc reddidit ad pronomen tu: tanq̃ si diceret tu es Petrus/& super te Petrum edificabo ecclesiam meam. De clauibus autem regni cœlorum nõ dicitur/& tibi Petro/neq; huic petræ/sed simpliciter/& absolute/ tibi dabo claues: mõstrans p hoc ꝙ dixit tibi/ꝙ personæ/non qualitati per petrã significatæ/puta fidei promittebat claues. Personæ ergo qualificatæ promissum est fore Christi ecclesiæ fundamentum: personæ uero nudæ promissæ sunt claues regni cœlorum. Altera differentia est: ꝙ in prima promissione Petro promittitur ecclesiam sustinendi officium / non se Petro sed Christo actore: nam non dixit/& super hanc petram edificabis ecclesiam meam/sed dixit super hanc petram edificabo ecclesiam meam: tanq̃ si diceret/ tu sustinebis tanq̃ petra/me edificante ecclesiam meam super te petra. In promissione uero clauium aperiẽdi officium/& claudendi/non sibi reseruauit dominus/sed se daturum claues promisit: ut ille cui dantur agat aperiendo/uel claudendo regnum cœlorum. Hæc ex euangelii plano sensu differentiæ constant. Ex quibus euidẽter colligitur differentia/inter officium Petri quo ad potestatem uten

ui clauibus/& soluendi atq; ligandi/& officium eiusdem ad sustinēdā ecclesiā in fide: dum officium clauiū homini cōmittitur: officiū uero sustinendi ecclesiā in fide/ad Christū/ut actorē/ad petrā ut rationem sustinendi/ad hominē uero Petrū ut fundamētū suppositūq; spectare dicitur. Oportet siquidē hæc diligētius contēplari: ut sciamus hinc rationem reddere poscentibus nos/de ea quæ in nobis est fide: ex his enim facile est perspicere/q; claues regni cœlorū non sunt datæ sanctitati/seu iustitiæ hominis: sed promissæ sunt homini futuro pastori ouium Christi. ℂ Siquis autem contra huiusmodi exactam expositionem uerborum euangelii obiiciat: eo q; Petrus non fuit ex tunc re & nomine Petrus: quoniā nō perseuerauit solidus/ac firmus in fide: ter siquidem postea dominū negauit: ac per hoc uerba domini sonātia in præsenti. Tu es Petrus/nō sunt sic exacte intelligēda: Aduertat sic obiiciens se falli confundēdo firmitatem fidei/& firmitatem charitatis: Petrus siquidem ex tunc factus est firmus in fide/dicēte Christo tu es Petrus: ut Hiero. testatur/exponens & ego dico tibi non sermone casso/& nullum opus habentē/sed dico tibi quia meum dixisse fecisse est/quia tu es Petrus. Nec defecit negando dominum in fide/quæ in corde est/quis defecerit in confessione fidei: horum enim distinctio à Paulo apostolo manifestata est ad Rom. x. corde creditur ad iustitiam/ore confessio fit ad salutem. Testatur siquidem dominus Petrum/non defecisse in fide Luc. xxii. dicens ego rogaui pro te ut non deficiat fides tua: constat enim Christum in omnibus exauditum fuisse pro sua reuerentia: ut dicitur Hebræ. ca. v. Defecisse autem ipsum in charitate/& periurium manifestat/& dominus testatur subiungens Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: auersus enim fuit a charitate Christi/nō a fide. Perseuerauit ergo semper Petrus. ℂ His præmissis ad obiectiones in oppositum dicendum est. Et circa tres primas non oportet insistere: quia iam declaratum est/q; impertinentes sunt: nam ad confessionē Petri spectant omnia quę in eis afferūtur. ℂ Ad alias uero obiectiones/ex illis uerbis tu es Petrus/& super hanc petram edificabo ecclesiam meam/dicitur/q; hæc quidem spectant ad pontificalem gradum//non secundum officium clauium/sed secundum officium fundamenti. Et ex proposito dominus dixit nō tu uocaberis Petrus/sed tu es Petrus: ut affirmaret tu es Petrus re & nomine: hoc est tu es solidus/firmus/ constans &c. in fide tanq; petra: ut Leo/Gre, Bedaq; exponūt. Nec ex his aliud potest

Ad tres primas obiectiones.


Ad alias obiectiones.

inferri/nisi ꝙ soli habenti fidem conuenit esse fundamentum sustinē-
di ecclesiam in fide: quod gratis concedimus: nam ex hoc non habe-
tur ꝙ esse fundamentum mediante charitate/seu iustitia conueniat
Petro/sed mediātē fide. Et rursus hinc nō habetur ꝙ esse fundamen-
tum promissum sit fidei simpliciter & absolute: ac ꝑ hoc promissum
sit cuicunq; in quo inuenitur fides: quoniam Christus non dixit/& su-
per petram/sed dearticulauit eam ad personam/adiungens li hanc/
dicendo super hanc petram: proculdubio enim petra tunc demon-
strata/per premissa uerba tu es Petrus/repetitur/ut qui modo est Pe-
trus futurus sit fundamētum. Quocirca clare patet ꝙ sicut solus Sy-
mon demonstratus est/dicēdo/tu es Petrus/solus quoq; repetitus est
dicendo / & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Nulla er-
go promissio facta est dono uirtutis absolute: sed sola prima īter eas/
scilicet edificatio ecclesiæ facta est dono fidei/non in quocunq;/sed in
persona futuri pastoris ouium Christi. ¶ Ad confirmationem autē

Ad cōfirmationem.

inferentem simile esse iudicium de officio clauium/& officio funda-
menti: respondetur/ꝙ ex differentibus uerbis domini manifeste de-
claratum est/non esse simile de utroq; iudicium. Et licet accessorium
sequatur naturam principalis cæteris paribus: ubi tamen (ut in pro-
posito) maxima est in cæteris disparitas/non oportet secūdarium as-
similari principali. Manifestatur autem maxima disparitas in hoc/ꝙ
in officio fundamenti/homo se habet quasi totaliter passiue: dicente
Christo/Ego edificabo super te Petro: in officio autem clauium non
dixit/Ego aperiam aut claudam/sed absolute tibi dabo claues regni
cœlorum. Non est propterea mirum/si aliter promissum est funda-
menti officium/& aliter officium clauium: illud mediante firmitate
fidei/illud homini absolute. Consentanea est autem huiusmodi dif-
ferentia a Christo instituta humanæ etiam rationi: nam usus clauiū/
siue rectus/siue abusus fuerit/non in uniuersalem redundat ecclesiā:
officium autem sustinendi fidem/si abberraret/ecclesia uniuersalis
rueret: de qua tamē dominus dicit. Et portę inferi non præualebunt
aduersus eam. Promissæ sunt ergo claues regni cœlorum non dono
uirtutis (ut hæretici fingunt) sed personæ Symonis Petri futuri pasto-
ris ouium/& agnorum Christi.

¶ Personæ Petri in se/ & non solum in persona ecclesiæ promissas esse claues. Cap. III.



NON LONGE A PRIORIBUS RECEDŪT/ affirmātes claues regni cæloꝝ nō Petro/ sed ecclesiæ a Christo ꝑmissas/ dicente/ Tibi dabo claues regni cœlorum: tanq̄ dixerit tibi/ hoc est ecclesiæ significatæ per te/ nō tibi dabo claues regni cœlorum. Nam illis cum prioribus cōmune est/ & eximere Petrum ab hac domini promissiōe/ & nulli singulari homini datas esse claues/ sed dono Dei ꝑmissas eē claues/ solum in hoc differunt/ q̄ priores dono Dei in quolibet iusto/ aut saltē in quolibet sacerdote/ isti dono Dei in ecclesia inuento/ claues datas asseuerant: eo q̄ Petro/ non ut uni homini/ sed ut illi qui psonā gerebat ecclesiæ/ Christum dixisse contendunt/ Tibi dabo claues regni cœlorū: nituntur q̄ hoc multis argumentis astruere. ¶ Vnde primo

A cōfirmāt. Primo.

arguunt. Christus exponit seipsum in euangelio/ cui loquatur/ & cui tradat claues dicēs: Beatus es Symon Bariona/ caro/ & sanguis non reuelauit/ sed pater meus qui est in cœlis. Vbi aperte Petrus in hac persona non est Petrus/ non est caro/ neq̄ sanguis/ non Symon Bariona: omnino Petrus extra hominem ponitur/ & iam non est ulla persona per se/ sed reuelantis patris auditor cui dantur claues. Nulli ergo priuato homini datæ sunt claues/ sed soli ecclesiæ: quia de nullo priuato homine certi sumus/ habeat necne reuelationem patris: ecclesia autem ipsa est de qua dubitare nō licet: ipsa est ergo ille Petrus auditor reuelationis/ & acceptator clauium. ¶ Secundo ex cohe-

Secundo

rentibus. Christus enim post gloriosam istam Petri cōmendationem/ quum ei Petrus prohibuit ne moreretur/ reprehēdit Petrū: Vade post me Sathana/ nō enim sapis ea quæ Dei sunt. Vt ex subsecutā post cōmendationem uituperatione clarum fiat/ illum superiorem Petrum qui claues accepit/ nō fuisse Petrum filium Bariona/ sed ecclesiam filiam Dei: quæ uerbō Dei genita/ uerbum Dei audit/ & cōfitetur perseueranter in finem/ non aliquando non sapiens quæ Dei

Tertio

sunt/ nec unq̄ retro abire iussa/ sicut Petrus. ¶ Tertio ex eo q̄ Christus dixit/ Super hanc petram edificabo ecclesiam meam/ hoc est su-

Cōfirmatio.

pra fidem a Petro in totius ecclesię persona confessam/ ac per hoc in qualibet ecclesia ubi est fidei petra/ illic & claues. ¶ Firmatur autem

hoc

hoc/quia nec ipse Petrus petra fuit/in eadem perseuerans confessio-
ne/quoniam mox post acceptas claues errauit/& tamen non sunt
ei claues rursum allatæ/quare nõ in sua/sed ecclesiæ persona eas ac-
cepit. ¶ Quarto. quando Papa eligitur/an secum affert claues/ uel Quarto
non? si affert/ergo erat Papa anteq̃ eligeretur/si non affert/a quo ac-
cepit/nunquid ab angelo de cœlo/nonne ab ecclesia/Item quando
Papa moritur/cui relinquit claues/nisi ecclesiæ a qua accepit/ quid
igitur potest dici contra hanc euidentissimam experientiam/optimã
euangelii interpretem/claues nec Petro/nec successori/sed soli ec-
clesiæ datas/a qua tanq̃ minister accepit/usurus eis sacerdos in qua-
libet ecclesia. ¶ Quinto formatur argumentum similis formæ ar- Quinto
gumẽto quo Paulus Rom̃.iiii.& Gala.iiii.utit̃ dicens/q̃ sicut Abra-
hæ ex fide reputata est iustitia/ita & omnibus qui credunt reputabi-
tur ad iustitiam. Quare etiam hic similiter/si Petro habenti reuela-
tionem patris/& Christum confitenti claues dantur/ita necesse est
homini similiter confitenti/& reuelationem habenti/ claues donatas
esse/quod nulli nisi ecclesiæ conuenire potest/quum nullus singula-
ris fidelis constanter/certo/ac perseueranter habere possit hanc con-
fessionem/ut etiam de ipso Petro patet. ¶ Sexto/quia nõ solum (ut Sexto.
Aug.i.lib.de doct. Christiana ca.xvii.testatur) has claues Christus
dedit ecclesiæ suæ/ut quęcũq; solueret in terra/soluta essent & in cœ-
lis/sed etiam ut ipse testatur super Io.Petrus apostolus propter apo-
stolatus sui primatum ecclesiæ gerebat generalitate personam/ in
persona ergo non sua/sed ecclesiæ claues accepit. ¶ Quod ex Aug. Prima
uerbis ibidem amplius firmatur/quum dicit. Quod enim ad ipsum Cõfirmatio.
Petrum proprie pertinet/natura unus homo erat/gratia unus Chri-
stianus/abundantiore gratia unus idemq; primus apostolus/sed quã-
do/ei dictum est. Tibi dabo claues regni cœlorum/uniuersam signi-
ficabat ecclesiam. ¶ Confirmaturq; eadem sententia ex uerbis eius/ Secunda
dem Aug. psal.cviii. Sicut quædam dicuntur quæ ad apostolum Pe-
trum pertinere uidentur/neq; tamen habent illustrem intellectum/
nisi quum referũtur ad ecclesiam/cuius ille agnoscitur in figura ges-
sisse personam/propter primatum/ quem in discipulis habuit/sicut
est/Tibi dabo claues regni cœlorum/ita Iudas psonam sustinet ini-
micorum Christi. Ex his.n.uerbis apparet Petrum non in sua/sed ec-
clesiæ figurata persona/claues suscepisse/dum hic dicitur/non habe-
ri illustrem intellectum/nisi ad ecclesiam referatur/& ibi contra per-

Tertia. sonales conditiones Petri aduersatiua coniunctione subditur/sed quando ei dictum est Tibi dabo/ecclesiam significauit. ¶ Et confirmatur rursus auctoritate euangelistæ describentis/interroganti Christo quem dicunt homines esse filium hominis? nullum certum discipulum respondisse opiniones quæ de eo erant: interroganti uero de se apostolos unum certum Petrum respondere/ & constanter absoluere/ ac pronunciare fidei confessionem: ut ueram Christi cognitionem in unitate/& firmitate consistere/nō multorum opinionibus/uelut arūdinem agitari doceret. Tenet ergo Petrus ecclesiæ unitatis figuram. ¶ Accedit ad hæc Cipri. auctoritas habita. xxiiii. q. i. loquitur dominus. dicens. quis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem tribuat potestatem/tamen ut unitatem manifestaret/ unitatis eiusdē originem/ab uno incipiētem auctoritate sua disposuit: hoc utiq; erāt cæteri apostoli quod Petrus fuit/pari consortio præditi/& honoris/& potestatis: sed exordium ab unitate proficiscitur/ut ecclesia Christi una mōstretur. Vnde nō unus/sed unitas claues accepit: ut attestātur etiam capitula omnibus. & quodcūq;. xxiiii. q. i. ex Hierony. & Aug.

Quarta confirmatio. ¶ Ad euidentiam horum consyderandum est/unum dici a sanctis: scilicet Petrum significasse ecclesiam/quum claues accepit. Duo aūtem exponi seu deduci. Primum est ecclesia accepit claues/quū Petrus claues accepit: secundum est/ꝙ persona Petri non accepit claues. Vnde dupliciter contingit hic errare: uel negando primum/uel affirmando secundum. Et negare quidem Petrum ecclesiam significasse / est contradicere expositioni sanctorum . Affirmare autem ecclesiam sic accepisse claues/ꝙ persona Petri nō acceperit/error est plusq; hæreticus: quoniam euangelica per hoc negatur historia/& historia in parabolam uertitur. Parū antea dixi: quoniam omnis etiam ueteris testamenti historia in parabolā uerteretur. Declaro singula: si enim Petro/non in persona propria/sed solum modo in persona significatæ per eum ecclesiæ promissæ sunt claues/quum dictum est ei Et tibi dabo claues &c. parabolicus Petrus inducitur: & non narratur historia/sed parabola/quum dicitur uenit Iesus in partes cæsareæ Philippi/& interrogauit discipulos suos/cum reliquis quæ sequuntur. Et eadem licentia qua hec historia uertitur in parabolam/omnis alia historia/non solum noui/sed etiam ueteris testamenti in parabolam uerti potest: scriptum est enim/omnia in figura contingebant illis. Si enim quia Petrus figuram gerebat ecclesiæ/ parabolicus ponitur/&

nō in propria persona circa/claues/parabolam quoq; necesse est fateri de Martha/& Maria/quæ figuram gerebant uitæ actiuę/& contemplatiuæ: parabolæ quoq; erunt resuscitationes trium mortuorum à Christo/quia figuram gerebant trium generum peccatorum/spiritualiter resurgentium: quinimmo & mors Christi/& resurrectio parabola erit: quia illa nos mortuos peccato: ista nos in nouitate uitæ significat: & breuiter uniuersa ruit rerum gestarum fides in sacra scriptura/ex hac licentia. Vera autem/& probata sententia est/dupliciter aliquid significari: uno modo per modum parabolæ: sicut filius prodigus significat peccatorem/& operarii conducti ad uineam/significant cultores Dei/in Christi ecclesia/& sic de aliis. Alio modo per modum rei gestæ: ita ꝙ res uere gesta/significat rem aliam: sicut transitus hebræorum per mare rubrum/significat trāsitum nostrum/de uitiis/ad uirtutem: & aduentus magorum adorantium Christum/significat uiatorum progressum ad cælestem patriam. Inter hos autem significandi modos/hæc est ad propositum disparitas: ꝙ in parabolica significatione nulla est cura de significantibus personis secundum seipsas: quoniam ad significandum tantum describuntur: quemadmodum apud poetas fit in comædiis/& tragędiis. Quum autem res gesta significat/oportet primo omnem curā adhibere ad rē quæ geritur/& ad personas secundum seipsas: quia sensus litteralis in hoc cōsistit: ex quo solo secundum Dio. & Aug. efficax trahitur argumētū. Vnde oportet primo uerificare in historiis res gestas/& dictas de personis secūdum seipsas ad ueritatē fidei: & deinde potest superaddi sensus spiritualis/quo res gesta significat aliam/quo psona historica figurat aliquid aliud: & hoc ad edificationem Christi fidelium non ad comprobādū ea fidei/quæ in cōtrouersiam ueniunt. Quocirca oportet primo ad ueritatem fidei saluandā/sensum historicum tenere: & personā Petri non uertere in personā parabolicā/quū de fide agitur historiæ/& sensus litteralis inuestigatur euāgelicæ historiæ/qñ uenit Iesus in partes Cæsareæ Philippi/& interrogauit primo/ac secūdo/audiuit responsiones/primo discipulorum/deinde Petri: respōdit Petro/dixit/promisitq; claues regni cœlorum. Et firmata ueritate sensus litteralis/ꝙ psonæ Petri dictum/promissum q; est/superaddere licet sensum mysticum/quo Petrus figurat ecclesiam: sicut apparet in similibus puta in significatione uitæ actiuæ per Martham/Cui di-

ctum est/sollicita es & turbaris erga plurima/& contemplatiue per Mariam de qua dictum est/optimam partem elegit/quæ non auferetur ab ea:& sic de aliis. Patet ergo Petro in persona ecclesiæ promissas esse claues/uerum est sic ut personæ ipsius Petri primo/& ad litteram promissæ sint:quia illud uerificatur secundum sensum mysticum/hoc autem secundum sensum litteralem.

Ad primũ. ¶ Ad primum ergo in oppositum dicitur/clarum ex antedictis esse uerba illa domini. Beatus es Symon Bariona/quia caro/& sanguis non reuelauit/sed pater meus) non ad Petri primatum/sed ad ipsius cõfessionem/& cõfessionis fructum spectare:& propterea tanq̃ impertinẽtia longe sunt a proposito secundum litteralem sensum. Has autem Petri conditiones trahere mystica interpretatione ad ecclesiam/q̃uis sustineri possit:intollerabile tamen est/ut sensus mysticus excludat litteralem/Petrus excludat seipsum/auditor excludat eum qui audit/&

Ad secũdũ. Symon Ioannis uertatur in parabolicam personam. ¶ Ad secundũ uero dicitur falso interpretari finem/cur post tantam cõmendationem Petrus reprehensus fuerit:nam secundum planum litteræ sensum/cõmendatur primo persona Petri/ ratione diuini doni/ deinde reprehenditur/ratione proprii sensus:neutrum autem secundum historiæ fidem spectat ad alium/q̃ ad Petrum: quoniam tam cõmendatio/q̃ reprehensio personalis fuit. Secus autem est secundum sensum mysticum:quo quilibet proprii sensus/& affectus in Petro reprehenditur/& quilibet diuinæ reuelationis sectator in Petro commen-

Ad tertium. datur. ¶ Ad tertium dicitur per hanc petram demonstrari ad litteram fidem in hoc.i.Petro:ut ex dictis patet. Et propterea non sequitur ꝙ cuilibet ptiali ecclesiæ ubi est fides/equaliter datæ sint claues: sed sufficit cuilibet fideli ecclesiæ datas esse in totius ecclesiæ capite/quod est hæc petra/super quam Christus edificat ecclesiam suam.

Ad cõfirmationem. ¶ Et ad confirmationem dicitur/ꝙ licet Petrus errauerit/non tamẽ desiit esse petra:tum quia per illa uerba quę obiiciũtur/Absit a te domine non erit ubi hoc/Petrus nec fidem/ nec charitatem perdidit. Vnde & dominus non dixit ei/Vade post me Sathana (ut tentatori dixerat) sed modificauit/dicens/Vade post me Sathana : tanq̃ diceret sequi tu me debes/non ego affectum tuum. Tu quia ut prædictũ est/quum postea Christum negauit/fidem non perdidit/sed petra fidei perseuerauit in corde. Et tamen ut Theophi. Luc. xxii. notauit/Christus iterum ipsum in apostolico gradu restituit/dicens/ Confir-

ma fratres tuos. ¶ Ad quartum dicitur: quum Papa eligitur/neque secum claues affert/neque ab ecclesia illas accepit: sed a Christo/non noua traditione / sed antiqua illamet qua tradidit Petro. Ecclesia siquidem ministerio electionis personam deputat / quæ Petro succedat: Christus autem ipse in beato Petro cuilibet successori claues tradidit: & propterea uana est quæstio/a quo accipit/aut cui relinquit moriens: uerbum enim Christi semper uiuum dat claues cuilibet succedenti/& non unus alteri relinquit. ¶ Ad quintum dicitur argumentum esse similis formæ/sed dissimilis materiæ: & propterea non tenere. Iustitia siquidem/& fides bona sunt animæ/ad utilitatem ipsius credentis/& iusti: claues autem potestatem significat/ad aliorum regimen ordinatã: & ideo licet cuilibet credenti/imitanti Abraham reputetur fides ad iustitiam sicut Abrahe: nõ tamẽ cuilibet credenti & confitenti Christum/immo nec cuilibet petræ imitanti Petrum in fide dari oportet claues.i.potestatem aperiendi/& claudendi aliis: sicut nec cuilibet imitãti fidẽ Abrahæ/datur quod sit pater multarum gentium/quod in semine suo benedicantur omnes gentes: quę tamen Abrahæ credenti data sunt. Quod autem additur/nulli nisi ecclesiæ conuenire posse constanter/certo/ac perseueranter habere Petri confessionem/si ad singulas res personas refertur: Paulus apostolus ad Rom.viii. confutat dicẽs: Quis nos separabit a charitate Christi/tribulatio/an angustia &c. & subdit certus sum enim &c. loquens ad litteram de electis. Quod si non contra rem/sed contra notitiam nostram arguitur: quia nos nescimus quis perseuerabit: facile satisfit per hoc quod Deus suauiter disponẽs omnia/nõ exigit ab homine maiorem certitudinem/ea quæ est fidei/& humani moris: a fructibus scilicet eorum cognoscendo homines. ¶ Ad sextam dicitur uerum esse/& quod ecclesiæ datæ sunt claues/& quod Petrus personam ecclesiæ figurate gerebat/& quod unitas Petri unitatem ecclesiæ significauit. Sed in hoc falluntur argumenta/& ex his ueritatibus/in aliam ueritatem insurgunt: hæc siquidem ueritates non contrariantur huic alii ueritati/quod Petrus in propria persona accepit claues: sunt hæc enim omnia simul uera. Et primum quidem & ultimum (ut.vi. patebit ca.) ad ueritatem sensus litteralis spectant: quoniam ad litteram Petrus in propria persona sic accepit claues/quod etiam ecclesia accepit easdem. Reliqua autem ad mystici sensus ueritatem spectant: secũdum spiritualẽ siquidẽ sensum/unus Petrus unitatẽ ecclesiæ significat/& uniuersalẽ

Ad quartũ.

Ad quintũ.

A d sextam.

Ad cõfirma tionem. ecclesiam repræsentat. ℂ Vnde Cypria Hierony. & Aug. dicta quæ obiiciẽdo allata sunt/uerissima sunt: sed iuxta sensum mysticum. Sed non aduersantur sensui litterali: quo (ut euangelica testatur historia) ipse Petrus in propria persona/cui reuelatio facta est/respondet/clauiumq; promissionem accepit. ℂ Ad clariorem tamen notitiam habendam uerborum Aug. scito duplicem euangelii sensum/hoc est litteralem (quo uerificatur tibi.i. Petro dabo claues regni cœlorum) & mysticum (quo uerificat' tibi.i. ecclesiæ figuificatæ per te/dabo claues regni cœlorum) esse ab Aug. cõparatum: non penes uerum/uel falsum: sed penes clarum/uel minus clarum. Ad sensum siquidem mysticum spectat/ꝙ Petrus gerat in figura personam ecclesiæ: sicut ad sensum mysticum pertinet ꝙ Iudas gerat psonam inimicorum Christi: ad litteram autem ipse Iudas erat Christi inimicus/& ipse Petrus est cui promissæ sunt claues. Vnde Aug. quia sensus mysticus clarior est ꝙ̃ sensus litteralis in proposito (ut testantur tot quæstiones quę circa sensum litteralem emergũt) & sensus mysticus ita est omnibus manifestus ut etiam uulgares sciant claues esse ecclesię/comparauit sensum litteralem (iuxta quem claues promissæ sunt psonæ Petri futuri pastoris totius ecclesię) ad sensum mysticum/iuxta quem claues promissæ sunt Petro in figura ecclesiæ: & dixit ꝙ mysticus sensus est clarior: hoc enim sonant illa uerba/non habent illustrem itellectum nisi ad ecclesiam referantur/cuius ille gessit in figura personam. Negauit siquidem illustrem/& non negauit uerum intellectum nisi ad ecclesiã referantur: constat enim illustre ad claritatem pertinere. Et hoc intẽdere Aug. patet ex contextu: uolens enim exponere psal. illum/Deus laudem meam/partim de Iuda/partim de populo iudęorum inimico Christi permittit: si autem de tali genere malorũ.i. inimicorũ Christi ingratorum iudæorum/omnia mihi uidentur posse clarius aperiri: & statim subdit uerba allata. Vbi clare uidere quilibet potest non derogari ueritati sensus litteralis (quo psonæ Petri sunt claues ꝓmissæ) ex hoc ꝙ sensus ille non est ita clarus sicut mysticus: neq; enim solus est textus ille talis/sed innumeros habet in sacra scriptura consodales quorum sensus illustris non nisi mysticus est. ℂ Allata quoq; uerba

Clarificatio. Verborum. Aug.

Ad uerba Aug. sup Io. Aug. super Io. non negant Petro secundum propriam personam dictum esse. Tibi/dabo claues: sed affirmãt Petro in persona ecclesię significatę dictum esse. Tibi dabo claues. Ex hac aũt uera affirmatione non sequi negationem illius alterius ueritatis satis patet. Ad uim aũt

quæ fit in cõiunctione aduersatiua/respõdet ꝙ cõiunctio illa augmẽtatiua est: iuxta frequẽtissimũ loquẽdi usum/quo dicimus aliquẽ uirtute bonũ uirũ sed officio bonum ciuẽ: & similia. Tanq̃ enumeratis Aug. quibusdam personalibus Petri conditionibus auxerit conditionem Petri/transeundo ad extensionem eius in uniuersam ecclesiam significatiue: cũ qua figuratiua cõditione stat ꝙ per ꝓprietatem pastoralis officii/idẽ Petrus ad uniuersam se extẽdat ecclesiã; ꝗuis hoc non sit ibi ab Aug. explicatũ: qui de Petro/& Ioanne mystice tractabat/ut ille actiuç/iste contemplatiuæ uitæ personã gerebat. Vnde quũ infertur ꝙ non unus/sed unitas claues accepit: pro quanto affirmatur unitatem claues accepisse/uerum dicitur/sicut uerũ est ecclesiam accepisse claues: quatenus uero negatur unum Petrũ accepisse claues/aut falsum dicit/aut pie exponẽdũ est. Nã si ideo negat̃ unus ut neget̃ Petrus/ falsum dicit̃ cõtra euãgelicã historiam: si aũt ideo negat̃ unus/ut neget̃ solitudo ꝑsonalis/hoc est ut Petrus nõ acceperit claues secũ sepelẽdas/sed ut in ipso ecclesia usq; ad finẽ sæculi duratura claues acceperit/ uerum dicitur: sic enim non unus.i.pro se tantum/sed unitas ecclesię in illo uno claues accepit. In nullo tamen citatorũ locorum habetur negatiua ista: nõ unus claues accepit. Et ex his quæ diximus/soluẽdas similes obiectiones relinquimus: ut non sit opus omnia quç obiici possunt afferre: Reliqua ex Cypri. allata de paritate apostolorum/inferius loco suo patebunt. Ad allata ex Cypria.

¶ Verba Christi/Tibi dabo claues/Petro/non in persona omniũ apostolorum dicta esse. Cap. IIII.

EXCLVSIS PRIORIBVS ERRORIBVS tractanda est eorum opinio/qui Petro itelligunt in persona omnium apostolorum dictũ a Christo/Tibi dabo claues &c. ¶ Afferunt autem ad hoc argumenta quattuor. Primũ ex interrogatione domini: nã Petrũ solũ/sed cõiter omnes interrogauit/uos autẽ quẽ me esse dicitis. ¶ Secũdũ ex persona Petri: quia Petrus primus omniũ erat apostolorũ/& ꝑsonã omniũ induit ꝓ oĩbus respõdẽdo. Vnde Chryso. dicit. oĩbus discipulis īterrogatis/Petrus tanq̃ os apostoloꝝ/& caput ꝓ oĩbus respondet. ¶ Et cõfirmat̃: quia nisi in ꝑsona omniũ Petrus respondisset/fuisset expectãda aliorũ responsio: aut rei fuissent alii apostoli omissæ responsionis ad īterrogationẽ dñi/uos aũt quẽ me esse dicitis: ¶ Tertiũ ex fructu: quia

Primo. Secundo. Cõfirmatio. Tertio.

Quarto claues regni celorum datæ sunt omnibus apostolis. ¶ Quartum ex cōmunibus: quia Christus dixit: Quod uni dico/ omnibus dico.
¶ Anteq̄ autem ad hæc respondeatur/ ex plano sensu textus euangelici monstrandū est directa esse hæc domini uerba ad Petrum solū. ¶ Patet siquidē hoc primo ex principio sermonis dominici ad Petrum quum dixit/ beatus es Symon Bariona: hoc.n.nō potest referri uere ad omnes. Tum quia exprimitur proprium nomen Symonis: & explicatur cuius sit secūdum carnem filius/ dicendo Bariona.i.filius Ionæ. Tum quia falsum hoc fuisset de Iuda: quoniam nō credidit in Christum: ut testatur Io.vi.ca. quum refert dominū dixisse/ sed sunt quidam ex uobis qui nō credunt & statim subdit rationem dicti: sciebat.n.ab initio Iesus qui essent credentes/ & quis traditurus esset eum. Et rursus in calce eiusdem ca: dicente Petro pro.xii. apostolis/ & nos credimus/ & cognouimus quia tu es Christus filius Dei/ respondit eis Iesus: Nonne ego uos.xii.elegi/ & ex uobis unus diabolus est: nō potest ergo uerificari q̄ ad omnes apostolos dictum sit beatus es: quum unus eorum non crederet & diabolus esset. ¶ Secundo ex subiuncta ratione/ quia caro & sanguis non reuelauit tibi/ sed pater meus qui est in cælis. Nam ex his domini uerbis/ constat Petro reuelationem factā esse a cælesti patre: ita q̄ hoc negare esset contrarium fidei: sed non propterea hinc constat aliis apostolis huiusmodi reuelationem eē factam: scriptura enim hoc non tradit: & propterea eadem facilitate contēnitur qua affirmatur. Constat igitur hinc q̄ ad Petrum uerba diriguntur: & non constat q̄ ad alios extenduntur. ¶ Tertio ex subiuncta affirmatione/ tu es Petrus: monstrat enim & pronomen tu/ & nomen sibi prius impositum a christo Io. primo tu uocaberis cephas quod interpretatur Petrus/ q̄ ad solum Petrum sermo dirigitur. Nā si per pronomen demonstratiuum ad sensum/ adiunctis & nomine proprio a natiuitate scilicet Symon/ & nomine patris carnalis/ & nomine quo solus cognominatus est a Christo/ a principio discipulatus scilicet Petrus/ & interiori dono reuelationis/ quod non constat aliis fuisse concessum/ non sufficienter significatum est q̄ ad ipsum solum est sermo/ quibus queso uerbis describendum fuit ab euangelista q̄ ad solum petrum erat sermo: Et confirmatur: quia eodem pronomine demonstratiuo ad sensum usus est dominus subiungens/ & tibi dabo &c. Et confirmatur ex eo: q̄ nō pluribus/ nec maioribus circunstantiis/ describunt/ & nominant a notariis psonæ heredes aut legatariæ

q̄ persona

q̃ persona Petri in hoc textu descripta ac nominata est: ut patet colligendo/Symonem filium Ionæ/Petrum ex interna reuelatione commendatum. ¶ Ex uerbis igitur/& ex sensu uerborum clara luce patet soli Petro dictum esse: Tibi dabo claues &c. ¶ Ad primam autem obiectionem in oppositum dicitur: ex hoc q̃ dominus interrogauit omnes/non cogi reliquum sermonem dirigi ad omnes: frequenter.n. diuertitur sermo a pluribus/ad unum/aut ecōtra. Mater siquidem filiorum Zebedei petiit ut sederent duo filii sui/unus ad dexterã/& alter ad sinistram: dominus autem ad filios respondendo sermonẽ dirigit/Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum: Et si diligenter perspectus fuerit euangelicus textus ipsa conuersio sermonis attestatur q̃ non omnem sermonem ad omnes dirigebat: inquit enim Mattheus q̃ primo/& secundo interrogauit discipulos cōmuniter/deinde ad Petrum sermonem uertitur: & rursus ad discipulos sermonem cōuertit: nam subditur/tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent quia ipse esset Iesus &c. Si.n. totus iste sermo ad omnes fuisset directus: non narrasset euangelista huiusmodi uariam conuersionem sermonis. Nec officit q̃ cōmunis Petro/& aliis causa effecta domini intertogatiōe sit: cum hac enim cōmunitate stat/q̃ appropriata sit Petro: nam in maiori causa/cōmunis scilicet tentationis/solius Petri ratio habita est: ut ipse dominus testatur Luc. xxii. dicens. Symon ecce Sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticũ/ego autẽ rogaui pro te ut non deficiat fides tua/& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Vbi patet omnes expetitos a Sathana/& tamen dominum pro solo Petro orasse: oraui inquit pro te/non pro uobis/immo alios Petro cōmendauit. ¶ Ad secundam obiectionem ex persona Petri dicitur: q̃ gerere personam cōmunem/seu respondere pro omnibus apostolis/potest intelligi tripliciter uel ex officio: puta quia habet curam eorum/uel per uiam commissionis: puta quia apostoli cōmiserunt Petro ut in persona omnium pro omnibus responderet uel per uiam ratificationis: ut quia responsio data a Petro grata fuit cōmuniter apostolis/utpote congrua ac eximia. Et quidem q̃ Petrus non gereret personam cōmunem ex officio/ex eo patet q̃ nondum erat constitutus pastor eorum: neq̃ proprie erat caput eorum nisi sicut primus inter canonicos/potest dici caput canonicorum. Similiter q̃ non ex cōmissione apostolorum responderet/non solum ex eo patet q̃ huiusmodi cōmissio uoluntarie affirmaretur/quoniam ex scriptura

Ad primam.

Ad secundã.

d

non habetur: sed ex eo conuincitur ꝙ dominus expresse testatur ꝙ caro & sanguis non reuelauit tibi/sed pater meus. Vbi excludit non solum omne humanum consilium/sed etiam disciplinā ex sensibili auditu doctrinę ipsius Christi: dum interiori spirituali reuelationi patris qui in cœlis est/Petri notitiam qua Christum filiū Dei uiui confessus est attribuit. Si enim ex consultatione cum aliis apostolis responsum dedisset/non sibi dictum fuisset/caro & sanguis non reuelauit tibi: quum inter eos esset consanguinitas/& carnalis propinquitas: & similiter non fuisset recursum ad actorē omnino spiritualē/& designatum tam a remotis scilicet in cœlis. Hæc enim omnia manifeste testantur Petri confessionem/non ex apostolorum commissione/sed ex interiori ipsi Petro facta reuelatione processisse. ¶ Et cōfirmatur hoc ex contextu euangelii: nā præposita domini īterrogatione prima discipulorum (quē dicunt homines esse filium hominis?) quia respōsio fuit cōmunis/euāgelista dicit at illi dixerunt: in secunda uero interrogatione eorūdem (uos autem quem me esse dicitis?) quia responsio propria fuit Petro/euangelista dicit: respondens Symon Petrus dixit. ¶ Et confirmatur rursus ex Io. vi. ca. Vbi differentiam aperte notare possumus/inter Petrum in persona omnium loquentem/uel in persona propria: nam ibidem loquens Petrus in persona omnium Christo domino dicenti: nunquid & uos uultis abire? respondit ei Symon Petrus in pſona omnium/domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes/& nos credimus/& cognouimus quia tu es Christus filius Dei. Et subdit euangelista/respondit eis Iesus: nonne ego uos. xii. elegi/& unus ex uobis diabolus est? Vbi cōferendo textū Ioannis textui Matthæi/aperte apparet ꝙ tunc quum apud Ioānnē in persona omnium Petrus respondit/locutus est in numero plurali primę personę/dicens ad quem ibimus? & nos credimus/& cognouimus: & similiter dominus respondit nō Petro/sed eis: hic uero apud Matthæum omnia sunt in numero singulari cum pronominibus demonstratiuis solius Petri/tam in respōsione Petri/q̄ in replicatione dn̄i/& promissionibus ac assertionibus: Tibi inquit dabo/non uobis: quodcunq; ligaueris/non quodcūq; ligaueritis: tu es Petrus/non uos estis Petrus: ut patet in littera. huiusmodi enim differētia manifestat ꝙ Petrus ex propriis ictus a cælesti patre habitis solus respōdet: solusq; a Christo mōstratur. Nec putes propterea hāc eandē esse lectionē apud Matthæū & Ioannē: qm̄ ista Matthei fuit post ea quæ referunt a Ioanne. Quod

ex multis patet: illa enim Ioannis fuit post miraculū de quinq; panibus/ & in capharnaū: ut ibidē apparet: q; aūt refert Matthæus/ fuit nō solū post miraculū de quinq; panibus/ sed etiā post aliud miraculū de.vii.panibus.ut patet Matth.xvi.& fuit I ptibus Cæsareę Philippi. ℭ Dicendū est ergo q; responsio Petri tanq̄ grata & rata omnibus/ dicit' fuisse in persona omniū: sicut frequēter cōtingit/ q; collegis pluribus Iterrogatis/ primo bene rñdente/ ab oībus ut rata habet' responsio/ & pro omnibus respondisse primū frequentissimo usu dicimus. Et sic itelligēda sunt uerba Chryso.& Glo.Interli.& quorūcunq; aliorum dicentiū q; Petrus respōdet pro oībus: erat enim os omniū tanq̄ ratificatum ab oībus. Vnde Chrysostomus homeli.lv.sup Matth.subdit: solus Petrus respondet: & confestim persiliuit ac præueniens ait. Tu es Christus &c. Vbi uides nō cōsilio aut cōmissione aliorū respōdisse/ sed præuenisse. Et Aug.de uerbis apostoli sermone.xxxi.ait: respondit Petrus unus pro omnibus quia unitas in omnibus. Vbi uidere potes quare dicitur Petrū respōdisse pro omnibus/ nō ex cōmissione omniū/ non ex officio / sed ex unitate omniū: quia scilicet omnes erāt fratres: & q; primus eorum optime respōdit / unitas omnibus placer' fecit. Sicut inter fratres unitos ac unanimes/ q; ab uno bene dicitur/ ab oībus ratū habetur & ut ab omnibus dictum sumit'. ℭ Et hinc patet responsio ad cōfirmationē subiunctam: ex eo enim q; Christus Petri responsionem approbauit & cōmendauit/ Petrumq; beauit/ ac illi tot promisit: uanum apparet expectationem ingerere ut audiantur alii: quis enim aliud dicturus esset/ q̄ q; diuinitus reuelatum/ & sic remuneratū uidet. Vnde nec rei manserunt nō respondentes alii: quia gratā eis esse Petri respōsionē sufficit. Insinuat' aūt Petri respōsionē aliis apostolis gratā fuisse/ nō solū ex hoc/ q; est rōni cōsentaneū iuxta humanū morē: sed ex subiūctis statim euangelistæ uerbis: tunc præcepit discipulis suis/ ut nemini dicerēt quia ipse eēt Iesus. Hoc siquidē præcepto mōstrat' discipulos Petri cōfessionē tenuisse: ideo enim ne aliis dicāt ihibent'. ℭ Ad tertiā aūt dicit': q; si itēdit argumētū promissas per hæc oībus apostolis claues/ principiū petit: hoc enim ē q; pbādū erat. Si uero itēdit q; p alia uerba dñs apostolis aliis claues regni cœ-orū tradiderit/ ad sequēs spectat capitulū: ubi hoc tractabit'. ℭ Ad quartā obiectionē dicit': q; auctoritatē illā/ q; uni dico nullibi inuenio in euāgelio. Verūtamē ubicunq; inueniatur/ dicitur q; ad litterā Itelligitur dedicere doctrinali: ut Marcus testat' in simili capi.xiii.quod

Primo.

Secundo.

Ad cōfirmationem.

Ad tertiam.

Ad quartā.

uobis dico omnibus dico uigilate. Poteſt nihilominus ad proteruos dici/ꝙ in hac auctoritate nõ habetur ꝙ uni do/omnibus do: aliud eſt enim dicere & aliud dare: præſens autem ſermo non de dicere ſed de dare eſt: inquit enim dominus tibi dabo claues regni cœlorũ: & propterea auctoritas non eſt ad propoſitum. Ex quibus omnibus patere poteſt/ꝙ ex his domini uerbis Math. xvi. ſolus Petrus promiſſionem accepit clauium regni cœlorum.

¶ Apoſtolis aliis non eſſe alias collatum quod Petro. Cap. V.

QVAMVIS FATEANTVR MVLTI PRÆmiſſum textum euangelii ad ſolum Petrum ptinere: affirmant tamen nõn nulli totum id quod Petro promiſſum eſt/datum eſſe a Chriſto alias reliquis apoſtolis: idq; uerũ eſſe multis affirmant argumẽtis ex ſacra ſcriptura. ¶ Primo Matth. xviii. apoſtolis cõmuniter dicitur: quæcũq; alligaueritis ſuper terram/ erunt ligata & in cœlo: & quecũq; ſolueritis ſuper terram/erunt ſoluta & in cœlo. Vbi apparet poteſtatem prius Petro ꝓmiſſam/ad omnes extẽſam eſſe. ¶ Secundo Ioan: xx. apoſtolis cõiter exhibẽtur claues Petro ꝓmiſſæ: dicẽdo quoꝶ remiſeritis peccata/remittunť eis: & quorũ retinueritis retẽta ſunt. ¶ Tertio Ioan. quoq;. xx. apoſtolis cõiter dicit Chriſtus: ſicut miſit me pater/& ego mitto uos. Et ſimiliter Mar. ultimo & Matth. ultimo omnes cõiter miſit ad docẽdũ/prædicãdũ &c. Deinde manifeſtať idẽ ex facto: nã Act. viii. Petrus miſſus cũ Ioãne legitur in Samariam ab apoſtolis qui erant Hieroſolymis. Act. xv. in ſynodo de legalium obſeruatione/pręſente Petro Iacobus dedit ſententiam: dum dixit ego iudico nõ inquietari eos &c. Ad Gala. quoq;. ii. Petrus & Iacobus & Ioãnes qui uidebantur colũnæ eſſe/ dextras dederunt Paulo & Barnabe ſocietatis. Ex qbus geſtis æqualitas comprobatur Petri & aliorum apoſtolorum. ¶ Afferuntur demum mille authoritates ſanctorum/ ſonantes æqualitatem Petri & aliorum apoſtolorum: ut eſt illa Cypria. & habetur. xxiiii. q. i. loquiť dominus. dicentis ꝙ parem poteſtatem omnibus apoſtolis tribuit: & hoc utiq; erant cæteri apoſtoli/quod Petrus fuit/pari conſortio præditi & honoris/& poteſtatis. Et illa Hierony. contra Iounianum Lib. i. cap. xiiii. At ſi tu dicis ſuper Petrum fundatur ecclæſia/licet idipſum in alio loco ſuper omnes apoſtolos fiat: & claues regni cœlorum

Primo.

Secundo.

Tertio.

cuncti accipiant/ & ex equo super eos ecclesiæ fortitudo solidetur. Et quæcunq; aliæ similes. ¶ Ad euidentiam horum scito ex euangelico textu duo inueniri singulariter promissa Petro: quibus Origenes ad/ didit tertium. Primum est. Super hanc Petram edificabo ecclesiam meam: hoc enim soli Petro promissum legimus. Secundum est. Tibi dabo claues regni cœlorum: quod nulli alii inuenitur ꝓmissum. Ter/ tium ab Orige. notatum est/ ꝙ Petro dicitur. Quodcunq; ligaueris su/ per terrã erit ligatũ & in cœlis/ in numero plurali: & similiter quod/ cunq; solueris super terram/ erit solutum & in cœlis: apostolis autem cõmuniter dicitur/ ꝙ erunt ligata aut soluta in cœlo/ in numero sin/ gulari. Et rationẽ subdit: quia nõ sunt tantę perfectionis sicut Petrus ¶ Inter quattuor ergo promissiones Petro factas/ primę ab aliis dif/ ferentia clara est: nam constat aliud significari per fore ecclesiæ fun/ damentum (quod explicat/ super hanc Petram edificabo ecclesiam meam) & aliud per habiturum claues/ & soluere / & ligare. Sed diffe/ rentia inter secũdam/ idest inter claues regni cœlorum/ & tertiam/ ac quartam/ hoc est ligare & soluere/ non est usquequaq; nota: apparet siquidem iuxta litteræ superficiem per claues potestatem/ per ligare autem & soluere explicatos esse actus potestatis, ut efficacia clauium declararetur/ quo pacto scilicet ad cœlorum regnum pertingerent? Huiusmodi. n. efficacia manifestatur: dicẽdo quodcũq; solueris super terram/ erit solutum & in cœlis: & quia pluraliter cœlorum regnum præmiserat/ ideo pluraliter dixit in cœlis. Et iuxta hunc sensum pro/ missio clauium a promissione soluendi/ & ligandi differt/ sicut promis/ sio potestatis a promissione actuum illius explicatiua. ¶ Sed hæc ue ram quidem/ sed non totam continent euangelii sententiam. Quod ut plenius intelligas/ scito duplicis generis inueniri actus clauium: qui/ dam enim sunt actus adæquati ipsis clauibus: quidam uero minores ipsis. Illi sunt uelut actus totales: isti actus partiales. Adęquati autem clauibus actus sunt aperire & claudere: partiales autem sunt ligare & soluere. Declaro singula. Quod apire & claudere sint actus adæquã/ tes claues/ & uoces sonant/ & officium: clauium clarissime testatur: claues enim solummodo ad aperiendum & claudendum sunt. Nec desunt scripturã testimonia tam ex ueteri / q̃ ex nouo testamento: Isa. enim. xxii. quum dictum esset Et dabo clauem domus Dauid/ subdit & aperiet & claudet: & similiter Apoc. iii. idem repetitur. Quod uero soluere/ & ligare sint actus clauium/ doctores omnes testantur. Quod

aprire et claudere sint actus adequati clauium

soluere et ligare actus partiales

autem sint actus partiales/ & non adæquati clauibus/ ex hoc patet: q solucre/ & ligare se habent ad aperire & claudere ut partes ad totum: omnis enim qui soluit aliquē/ aperit illi regnū cœlorum: sed non omnis qui aperit alicui regnum cœlorum/ soluit illum: & similiter omnis qui ligat claudit/ sed non omnis qui claudit ligat. ¶ Et nē per multa diutius uagemur/ sed solida ratio simul cum ueritate pateat: soluere & ligare actus sunt iudiciales/ siue in sacramēto penitētiæ/ siue i foro ecclesiastico: aperire & claudere actus sunt superiores/ cōprehendentes sub se / & actus iudiciales/ & actus nō iudiciales: utrisq; enim clauditur & aperitur regnum cœlorū. Et quidem q cœlorum regnū multi claudant aliis absq; uinculo iudiciali/ testatur dominus Luc. xi. dicēs: Ve uobis legisperitis qui tulistis clauem scientiæ/ ipsi nō introistis/ & eos qui introibant prohibuistis. Quod uero regnum cœlorum aperiat absq; actu iudicii magistra rerū experientia monstrat: dum pastoris prouidentia/ gubernatione/ ordinatione/ doctrina/ dispensatione/ cōmutatione &c. continue aperitur ecclesiæ regnum cœlorum. Differt ergo promissio clauium (Tibi dabo calues regni cœlorum) a subiunctis duabus reliquis/ & quodcunq; ligaueris/ & quodcunq; solueris: secundū rē pmissam: non solū sicut potestas ab actibus: sed sicut potestas ab actibus inadequatis/ seu minoribus/ & partialibus: ita q quū promissæ sunt claues Petro/ promissa est potestas aperiendi & claudendi regnum cœlorum: quum aūt promissum est eidē/ & quodcūq; ligaueris/ & quodcūq; solueris/ explicata est clauiū efficacia in actibus minoribus: ut perciperemus q si partialium actuū tanta est efficacia/ multomagis adęquatorum actuū efficacia pertinget ad cœlos. Quocirca promittendo claues/ promittitur totū: promittendo autē actus soluendi & ligandi/ nō promittit totū/ sed promittunt actus partiales. At propterea ex hoc q soli Petro pmissæ sunt claues regni cœlorū/ fateri oportet soli Petro pmissæ sunt claues regni cœlorū/ fateri oportet soli Petro pmissam esse potestatē aperiēdi/ & claudēdi regnū cœlorū: nō q solus aperire & claudere possit cœlorū regnū (nam ut predictū est: quicunq; soluit aliquē/ aperit illi regnū cœlorū) sed quia solus potest quicquid pertinet ad aperiendū & claudendū regnū cœlorū: nō illis uel illis/ sed ecclesiæ edificatæ super eum a Christo. Hunc sensum/ hancq; differentiā ad litterā uerificari/ ex tribus ultra predicta declarat. Primo ex iterposita semp coniunctione copulatiua in textu euāgelico: ait enim tu es Petrus/ & sup hāc petrā/ & tibi dabo claues/

soli Petro promissa est potestas claudendi et aperiendi non autem aliis

& quodcũq ligaueris/& quodcũq solueris: diuersitatē.n.ꝑmissarum rerũ cõiũctio copulatiua īsinuat. Secũdo: quia dñs nõ dixit/& cuicũq aperueris & cuicũq clauseris: sed dixit quodcũq solueris & quodcũq ligaueris. Si.n. claues exponere uoluisset per adæquatos proculdubio actus (qui sunt aperire & claudere) exponēdę erant: sed ubi ad ligandũ/& soluēdũ descēdit/manifestauit se nõ exponerꝰ claues/sed ad minores actus clauiũ trāsire. Tertio ex eo ꝙ nunq̃ apostolis ꝑmisit aut dedit claues regni celorũ/uel illarũ adæquatos actus/scilicet aperire & claudere regnũ cœlorũ: sed de partialibus actibus clauium locutus legitꝰ cũ apostolis: & dicēdo quæcũq alligaueritis sup terrā &c. & dicēdo quorũ remiseritis peccata &c. ¶ Et si instetꝰ ꝙ nec ēt Petro dñs actus adæquatos clauibus dedit/ aut ꝑmisit: quia claues qdē illi promisit/sed nunq̃ ꝑmisit ꝙ aperiret & clauderet. Absit a diuina sapientia/ut silētio īuoluerit actus adæquatos clauiũ: quum enim explicauit cuius essent claues/ut aperiēdi/& claudendi/explanauit proculdubio actus adæquatos clauiũ/qui sunt aperire/& claudere. Cõstat aũt ideo apposuisse regni cœlorũ: ut exponeretꝰ ꝙ claues sunt regni cœlorum ut aperiēdi/& claudēdi. Eo ipso igitꝰ ꝙ ꝑmisit soli Petro claues regni cœlorũ ꝑmisit soli Petro adæquatos actus clauiũ: seu ꝙ idē est claues secundum actus adęquatos clauibus: & post hanc promissionem descēdit ad actus iudiciarios/& quocũq ligaueris & quocũq solueris: ut ꝑdictũ est. ¶ Ex euãgelico igitꝰ textu duę euidēter restāt soli Petro ꝑmissiones: hoc ē fore fundamētũ ecclesię (sup hāc petram edificabo ecclesiā meā) & dādas ei claues regni cœlorũ: Et tibi dabo claues regni cœlorũ. ¶ Nec carēt hæc obiectionibus. Nā cõtra primā ꝑmissionē opponitur/ut solũ Christũ esse fundamētũ ecclesie (iuxta illud primæ ad cor. iii. fundamētũ aliud nemo potest ponere preter illud ꝙ positũ ē/ꝙ est Christus Iesus) aut si multiplex fundamētũ admittitꝰ nõ solũ Petrus est ecclesiæ fundamētũ/sed ēt alii apostoli: iuxta illud ad Ephe. ii. supedificari sup fundamētũ apostoloꝝ: & apoc. xxi. murus ciuitatis habēs fundamēta. xii. & ī ipsis. xii. nomina. xii. apostoloꝝ ¶ Cõtra secũdũ uero opponitꝰ primo. Si ꝑmissione clauiũ ꝑmittitꝰ tota potestas/cur post totum promittuntur partes? quodcunq ligaueris/& quodcunq solueris: fuissent.n. hæc promissa in toto. ¶ Secundo. Si soluere & ligare sunt partiales actus clauium/cur theologi in. xviii. & xix. Dist. iiii. s. de clauibus tractando/ diffiniunt eas per actus iudiciales/q sunt ligare/& soluere? diffinitio enim per ꝑprios &

Instantia

Oppõ. contra primā ꝑmissionem.

Prima oppõ.

Secunda.

Tertia. adęquatos actus dari debet: ¶ Tertio. Cur claues apostolicæ in ordinatione presbiterorum dari affirmantur/si illis non conferuntur nisi minores actus clauium: ¶ Quarto. Cur claues dicuntur claues ecclesiæ/& non dicuntur claues Petri/si soli Petro primo datęsunt?

Quarta.

Ad obiecta contra primã pmissionem.

¶ Non est autem difficile his satisfacere. Et obiectis quidem contra primam promissionem Petro factam ut foret fundamentum ecclesiæ/respondetur: ꝙ esse ecclesiæ fundamentum simpliciter.i.totaliter proprium est Christo: esse autem fundamentum ecclesiæ secundum aliquod tempus/uel secundum aliquam rationem particularem/cõmunicatum est aliis. Et sanctis quidem quibus reuelata est doctrina fidei pro ecclesia/cõmunicatum est esse fundamentum sub rationibus apostolorum/& prophetarum: Petro autem ultra predictam rationem promissum est fore fundamentum secundum rationem pastoris totius ecclesiæ Christi: secundum quam rationem non cõmunicatur aliis apostolis esse fundamentum. Et propterea diuersimode dicitur fundamentum de hoc triplici modo: de Christo enim dicitur cũ exclusione aliorum (fundamentum aliud nemo potest ponere &c.) de apostolis uero & prophetis dicitur cum additione fundamenti totalis.i. Christi: dum & ad Ephe.ii. adiungitur/ipso summo angulari lapide Christo Iesu (ubi Aug. dicit. Ne apostoli uel prophetæ in quibus fundata est ciuitas se tenerent in se/in Christo totũ innititur primo fundamento: quod fundamentum in summo est non in imo/ut in corporali fabrica.) Et apoc.xxi.subiungitur/& agni.i. Christi De Petro uero adiũgit ipse Christus/ędificabo ecclesiam meam: ut ostẽdatur ex Christo principaliter pendere ecclesiæ ędificiũ. ¶ Ad quæsita uero circa promissas claues/respondendo dicitur ideo post promissum totũ per claues/promissas quoꝙ esse partes/per quodcũꝙ ligaueris/& quodcũꝙ solueris: ut monstraretur diuersitas rerum promissarum.) Si.n. sub unica promissione omnia comprehensa essent absꝙ coniunctionibus copulatiuis/aut solæ claues promissæ fuissent/ adęquatas putasses/& exhaustas claues per hæc duo/quodcũꝙ ligaueris & quodcũꝙ solueris. Nunc autem quia tam aperte promissarũ rerum diuersitas monstrata est/exprimendo singula cum cõiunctionibus copulatiuis/clare intelligimus non totum quod promissum est Petro/promitti aut exhiberi cuicũꝙ alteri per hoc ꝙ promittitur aut datur quodcũꝙ alligaueris & quodcũꝙ solueris &c. Sed per hoc promitti aut dari tantum ꝙ tertio/& quarto loco promissum est & Petro.

Ad primum contra secundam.

Et inde

Et inde uideres remanere primas promissiones apud Petrum solum. ¶Ad secundũ uero quæsitum respondetur/ideo claues a theologis per actus iudicii diffinitas/quia de clauibus ordinis tractabant: ut patet in textu Magistri sen. tam in principio Dist. xviii. (ubi affert Ambro. dicens. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus) q̃ in principio Dist. xix. ubi dicitur Datur hæc claues per ministerium episcopi in promotione sacerdotii: quum enim sacerdotalem recipit ordinem/simul & has claues recipit. ¶Et per hoc soluitur tertium quæsitum. ¶Ad quartum autem/quod non de re/sed de nomine est/& propterea extraneum quodamodo est: respondetur ꝙ claues dicuntur & ecclesiæ/& Petri: solus enim Petrus clauiger dicit̃ regni cœlorum. Et Petri quidem sunt ut capitis utentis/& ut per quem ad ecclesiam deriuatur: ecclesiæ autem sunt & ut in fines (quia propter ecclesiam Petrus habet claues) & ut utentis in suis episcopis/& sacerdotibus: ita tamen ꝙ secundum earum totalitatem ecclesia utitur illis in suo capite: secundum autem partiales usus utitur in episcopis & aliis ministris. Remanet ergo solida sententia dicta. ¶Ad primũ autem argumentorum in principio allatorum: dicitur dominum per illa uerba quecũq; alligaueritis super terram &c. non adæquasse promissiones quattuor factas Petro/sed solas duas ultimas: ut littera ipsa testatur. Et propterea nõ dixit dominus/Dabo uobis aut ecclesiæ claues regni cœlorum: quum tamen dixisset Petro coram eisdem/tibi dabo claues regni cœlorũ. Vnde ex hoc ipso ꝙ aliis apostolis dominus dixit/quecunq; alligaueritis/&c. non facta mentione de clauibus/manifeste habetur ꝙ non totum quod promiserat Petro repetiit in potestate aliorũ: tanq̃ Petro totũ aliis uero partes cõmissurus. ¶Ad secundum uero dicitur ꝙ post resurrectionem dicendo quorum remiseritis peccata &c. datæ sunt quidẽ apostolis claues/sed nõ in sua totalitate: quoniam datæ sunt tantum claues ordinis/ut communiter doctores dicunt & bene. Vnde ad litteram quum dicit̃ quorum remiseritis: constituitur iudex ecclesiasticus in sacramento pœnitentiæ/ quãtum est ex parte ordinis: quum uero Matth. xviii. dictum fuit eisdem/quecunq; alligaueritis super terram/sermo erat de iudicio ecclesiastico in foro iudiciali. Vnde & cõmuniter dicit̃ & bene/ꝙ tũc sermo fuit de actibus clauium iurisdictionis: postea autem de actibus clauium ordinis. Et quoniam (ut declaratum est) neutrum iudicium etiam simul sumptum adæquat claues Petro promissas: sed soluere &

Ad secundũ.

Ad tertiam.

Ad quartã.

Ad primũ argumẽtũ principale.

Ad secundũ.

ligare in utroq; foro/partiales sunt actus clauiũ Petro ꝓmissarũ ideo p utrãq; potestatẽ simul/nõ adæquatˀ potestas Petro ꝓmissa. Vnde disputatiõibus uacãtes caueãt a Sophistis/opponẽtibus claues ordinis/ & claues iurisdictionis adæquare claues ecclesiæ. Venenũ latet hic: qm̃ ꝓprie & formaliter loquẽdo/claues Petro ꝓmissæ/superiores sunt & clauibus ordinis/ & clauibus iurisdictionis / & ꝓpterea dñs nõ per actus ordinis aut iurisdictionis eas exposuit/sed p regnũ cœlorũ/ ꝓculdubio aperiẽdũ uel claudẽdũ. Ita ꝙ perspicacius ĩtuẽdo (ut prædictũ est) dñi uerba: Tibi dabo claues regni cœlorũ: per illã particulã regni cœlorũ/exposuit claues p actũ adæquatũ.s. aperire uel claudere: regnũ.n.cœlorũ aperiẽdũ uel claudẽdũ/actũ aperiendi uel claudẽdi secũ fert: cõstat aũt ꝙ aperire/& claudere regnũ cœlorum actus sunt lõge superiores oĩbus actibus iudicialibus/tã clauiũ iurisdictionis ꝗ̃ clauiũ ordinis. ¶ Importune deniq; ĩstãtibus nouas nũc inferri ecclesiæ claues hactenus eñi ñ sunt auditæ nisi claues ordinis/& claues iurisdictionis. Vnde nũc tertiæ claues ĩ Christi ecclesia: Respõdetˀ me nõ ĩuenisse aut fingerˀ nouas claues re aut noĩe: sed si æqua lãce librare fas ẽ/hęc cũ obiectis/inuenientˀ obiiciẽtes seipsos arguere: nã neq; claues ordinis/neq; claues iurisdictiõis tradidit sacra scriptura: sed doctores explicarũt: claues ãt regni cœloꝶ Christus dñs ore ꝓprio cõsecrauit. Ego de clauibus regni cœloꝶ loquor/non nouitates introduco: ex ipsis dñi uerbis/iuxta sẽsũ litteralẽ ꝑspicatius ĩtellectũ manifesto quæ dico. Oportet aũt arguẽtes cõsiderare subtilius doctorũ sensũ. & uel ex hoc ipso ꝙ doctores distinguũt regni cœlorũ/claues ĩ claues ordinis/& claues iurisdictionis/ĩtelligere superiores eẽ claues regni cœloꝶ utrisq;/& utrasq; significare partes clauiũ regni cœlorũ: ac p hoc claues regni cœlorũ significare totum maius/& superius suis partibus quũ simpliciter & absolute dicuntˀ/ut Petro ꝓmissæ sunt: qñ uero ad partes applicantˀ/significare tã claues ordinis ꝗ̃ claues iurisdictionis: utræq; eñi claues regni cœlorũ appellantˀ. Vnde acuti lectoris officiũ erit/discernere qñ doctores de clauibus regni celorũ absolute/& qñ de clauibus regni cœloꝶ applicatis ad ordinẽ uel iurisdictionẽ loquuntˀ.

Ad tertium. ¶ Ad tertiũ dr: ꝙ ipsa dñi uerba testantˀ/ꝙ ð apostolatus authoritate sermo ẽ/quũ dicitur/sicut misit me pater/& ego mitto uos: mittere enim / & mitti ad apostolatum spectat: iuxta illud Io.xiii. non est seruus maior domino suo/neq; apostolus maior est eo qui misit illum & propterea hinc nõ habetˀ nisi paritas apostolatus. Et similiter per alios textus ꝗbus missi sunt pariter ad docendũ/& prædicãdũ &c. nõ

habet nisi paritas quo ad hmôi cõmissiones: Petro autem supra hæc omnia pmissum est/& q foret ecclesiæ fundamẽtũ/& q sibi darẽtur claues regni cœlorũ. ¶ His aũt quæ ex gestis apostolorũ adducunt/ facillime satisfit. Docẽt siquidẽ concorditer theologi in primo sen. nõ oportere missum minorẽ esse mittẽte/neq etiã esse ab illo: nam filius missus est a spiritusãcto/quo nõ est minor/& a quo nõ est. ¶ Ad literã tamẽ dicit q Petrus erat tãtę humilitatis/ut iter apostolos se gereret ut unus ex illis: & ñ uolebat uti potestate quã habebat: & ppterea tanq unus ex apostolis ab eisdẽ cũ Ioanne missus est. Patet autẽ manifeste hmôi Petri humilitas Act. xi. quũ aduersus illũ disceptabãt alii fideles ex circũcisione: q & Gre. & habetur. ii. q. vii. cap. Petrus notauit dicẽs. Petrus potestatẽ regni acceperat: & tamen idem apostolorũ primus querimoniæ contra eum a fidelibus factæ cur ad gentes intrasset: non ex potestate officii qua posset dicere/ oues pastorem suum non accusent nec reprehendant: sed ex authoritate diuinæ uirtutis qua gẽtiles acceperãt spiritũsãctũ respondit. ¶ Et per hæc posset similiter dici in synodo de obseruatione legaliũ: Petrum se habuisse ut unũ apostolũ. Verũtamẽ si res gesta recte notet/nõ fuit Petrus cõsultatus/nec soli apostoli: sed apostoli & pñbyteri i Hyerusalẽ/ppea cõclusio nec a petro/nec & a Iacobo facta ẽ/sed ab apostolis & senioribus cũ omni ecclesia: scribẽtibus tñ noĩe apostoloꝝ &/senioꝝ. Vnde falsum ẽ q Iacobus sñiam ptulit: qm̃ sñia cõclusio ẽ: quã constat ab oĩbus factã: sed dũ Iacobus dixit ego iudico/pinde est acsi dixisset hoc ẽ iudiciũ meũ. Vnde nõ itroducit Iacobus iudicans/sed respõdẽs: sic enim legimus. Et postq̃ tacuerũt respõdit Iacobus. Immo Petrus pastoris psonã in principio gessisse uidet: qm̃ ipse primus surgẽs allegãs diuinã gratiã/reprehẽdit eos q libertatem a legalibus uertebãt i dubiũ. Legimus eñi sic quũ aũt cõquisitio fieret surgẽs Petrus dixit &c. Vbi mõstrat Petri authoritas. ¶ Quod dexteras demũ societatis Petrus cũ aliis dederit: hoc fecit q quottidie Pontifex facit oẽs epos/nõ solũ ut socios/sed ut fres habẽs. ¶ Ad authoritates deniq doctoꝝ sanctoꝝ/sonãtes æqualitatẽ Petri/& alioꝝ apostolorũ: dr uerificari d paritate eorũ sc̃dm apostolatũ: fuerũt eñi æquales oẽs in authoritate apostolica. ¶ Et si illet sub potestate apostolica cõprehẽdi posse oĩa quæ Petrus poterat: I prõptu nsio ẽ satisfactiua/q dato q uera eẽt hmôi cõprehẽsio: ex ea tñ ñ sequeret oĩmoda æqualitas ad Petrũ: eẽnt eñi eoꝝ potestates æquales quo ad res q̃s facer possẽt:

Ad authoritatẽ act. viii.

ſed non eſſent equales extenſiue/neqꝫ quo ad modū. Apoſtoli ſiqui dem poteſtatem a Chriſto acceperunt ut apoſtoli/hoc eſt ut legati: Petro autem ſupra apoſtolatum promiſſa eſt(ut infra manifeſtabi tur)poteſtas ut ordinario paſtori eccleſię.Et hinc patet tam ſuperior gradus atqꝫ unitas poteſtatis/Petri q̄ maior extēſio quoniam exten debat ſe ad ipſos etiam apoſtolos/ut pote Chriſti oues. ¶Nec par uifacias differentiam penes modum habēdi:magni ſiquidem lapſus periculū eſt ſi confundantur.Aliud quippe eſt habere claues ut apo ſtolos/& aliud habere claues ut caput/& paſtorē etiam ipſorū apo ſtolorum:illud non derogat Petri ſingulari excellētiæ:hoc autem ip ſum Petrum ſuper omnes ſtatuit/omnibuſqꝫ prefecit apoſtolis ac toti eccleſiæ.Ad horum differentiam modorum ſpectat/q̄ dominus ſoli Petro claues promittit:aliis autem non dat claues/ſed ea quæ ſunt clauium legat/aut tribuit:ſiue Matth.xviii.ſiue Io.xx.ſiue Matth.& Mar.ultimo ſiue Luc.xxii.ego diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pa ter meus regnum.Et ut allatæ primum authoritates manifeſtentur: patet Cypria.ita pares fateri apoſtolos ut tamen ſuper unum Petrū ædificari dicat eccleſiam(ex uerbis domini ſuper hanc petram)& au toritate ſua dominum diſpoſuiſſe dicat unitatem eccleſiaſticā ab uno Petro originem habere.Hierony.quoqꝫ uerba Chriſti apud Matthæū tu es Petrus &c.ſoli Petro relinquens/ad alium ſe trāſfert locum ubi ſimilia apoſtolis data narrantur:tria numerans.Primo fundari eccle ſiam ſuper apoſtolos omnes:hoc enim fieri promulgatū eſt ad Ephe. ii.ſuperædificati ſuper fundamentum apoſtolorum.Secundum uero q̄ ſcilicet cuncti apoſtoli claues regni cœlorū accipiant/Matth.xviii. quæcunqꝫ alligaueritis/& Io.xx.quorum remiſeritis/habetur.Tertiū autem/& ex equo ſuper eos eccleſię fortitudo ſolidetur/ex relatis tex tibus/ſcilicet Matth.& Mar.ultimo.& Luc.xxii.& Io.xx.aut etiam ex aliis ſimilibus textibus ſumptū eſt unde patet ex iam dictis æqua litatem apoſtolorum/quatenus apoſtoli ſunt/& in fundando eccleſiā & in clauibus iuriſdictionis/& ordinis/& in robore doctrinæ/miracu lorum & uitæ/eccleſiæ fortitudinem ſolidantium(qua Hierony.affir mat)nihil officere Petri ſingulari authoritati/qua ſolus cūctæ prepo nitur eccleſiæ.Vnde & Hierony.ibi ſubiungit ſtatim:propterea ta men unus inter.xii.elegitur ut capite conſtituto ſciſmatis tollatur oc caſio.Vbi manifeſte uides ita ex equo apoſtolatus pares dixiſſe apo ſtolos/ut tamen Petrus electus/& cōſtitutus a Chriſto ſit caput om

nium: hoc siquidem est quod tuemur. Hoc ad differentiam modi habendi spectat: quoniam hinc habes omnes hæc habuisse ut apostolos præter hunc autē modum Petrū singulariter habuisse ut caput omnium. Ex duabus autem his authoritatibus declaratis facile esse putamus reliquas recte interpretandas iuxta sensum prædictarum.

¶ Manifastatur autem hunc esse uerum sensum doctrinę sanctorum tripliciter. Primo ex eo q̄ pares dicunt apostolos/non solum pottestate sed honore: quod nisi ad apostolatum referatur/constat esse falsum: quum Petrus primatum honoris manifeste habuerit secundum omnes. Secundo ex textibus euangelicis/quos sancti afferunt ad probandam huiusmodi æqualitatem: afferunt enim istos quos nunc discussimus: ex quibus constat non plus haberi q̄ æqualitatem secundū apostolatum. Tertio ex ratione qua utuntur: quia scilicet Petrus in psona ecclesię unus accepit claues &c. ut unitas ecclesię hinc pareret. Instantia

¶ Vbi propter scismaticos siste pedem: & scito dupliciter posse intelligi unitatem ecclesiæ per Petri unitatem cōmendatam. Primo ut significata sit ecclesiæ unitas in Christo capite uno/uuitateq; articulorum fidei/sacramentorum ecclesiæ/& spei ac charitatis. Secūdo ut significata sit ecclesię unitas simpliciter & absolute unitę i capite uno Christi in terris uicario/Petro.s. Primum sensum eligunt scismatici ex sanctorum uera ac sancta doctrina/sæpe unitatē ecclesiæ per ea quæ in primo numerantur sensu explicante: uere quidem/sed non totaliter/nisi sub unitate capitis scilicet Christi intelligatur ipse Christus in se/& in suo in terris uicario: ipse Christus ut caput/ Petrus autem ut uicecaput. Quod propterea quandoq; tacitum est: quia acceptato capite/itelligi consuetum est acceptari ipsum in se/& in suo uicario dū absens fuerit. Oppō. contra primā pmissionem.

¶ Secūdus autem sensus (in quo clauditur primus adiuncta unitate capitis in terra) catholicis omnibus cōmunis est: comprobatur q̄ quadrupliciter. Primo: quia ad designādam unitatem ecclesiæ in suo capite cælesti Iesu Christo/non cōgruit unitas Petri: sed & sufficiebat/& decentissime congruebat unitas ipsius Christi: quam dominus hic non tacuit: sed expressit dicens/ego dico tibi/& rursus edificabo æcclesiam/& iterum dabo claues: Diuinam autem sapientiam (quæ est Christus) disponentem omnia suauiter/ conuenientissime per unitatem Petri unitatē ecclesiæ in capite terrestri loco Christi significare/nullam habet difficultatem. Prima oppō. Secunda.

¶ Secundo ex eo q̄ historiæ fides periclitaretur: nam quasi similis esset Petrus in his/paruulo

quē Matth.xxiiii.aduocans ad se dominus uetit in medio discipulorū dicens/nisi cōuersi fueritis & efficiamini sicut paruulus &c. Sicut.n.paruulus ille assumptus est ad exemplum seu similitudinem humilitatis/ita Petrus nominatus esset ad exemplum/seu similitudinē unitatis:ac per hoc sicut ad fidē historiæ curæ nō est quis fuerit paruulus ille/ita nihil aut parū curandū ecclesiæ esset an fuerit Symon Petrus cui dictū est/tibi dabo claues regni cœlorū &c. quod tū doctorū omniū/& totius ecclesiæ aures offendit. Sanctorum propterea sensus est: ꝙ secundū historiæ fidem res ita gesta est/ꝙ uni Symoni Petro claues sunt promissę/ut res rem significaret:ut unus Petrus primo accepturus claues unitatem significaret ecclesiæ. ¶ Tertio ex eo ꝙ oportet saluare non solum significationem/sed etiā deriuationē:hoc est non solum ut unitas ecclesiæ significetur per unitatē Petri/sed etiā ut unitas ecclesiæ proficiscatur ab unitatæ Petri:ut Cypria.in authoritate allata dicit. Loquitur dñs ad Petrū. Ego dico tibi quia tu es Petrus/& super hanc Petrā ædificabo ecclesiam meā:super unum ædificat ecclesiam. Et q̄uis apostolis omnibus post resurrectiōnē suā parē potestatē tribuat:dicens sicut misit me pater/& ego mitto uos/ accipite spiritumsanctum:tamē ut unitatē manifestaret/unitatis eiusdem originem ab uno incipientē authoritate sua disposuit. Vbi manifeste uides ex hoc ꝙ dominus authoritate sua disposuit originē unitatis ecclesiasticę ab uno incipientē:nō solam significationē unitatis ab uno/ sed deriuationē unitatis ab uno assertam. Nam ad significādum authoritate nō erat opus:sed ad hoc ꝙ initium habeat ecclesiæ unitas ab uno Petro/authoritate Christi opus fuit:poterat enim si uoluisset instituere unitatem ecclesiæ a multitudine apostolorum proficisci.
¶ Quarto:quia unitas ecclesię catholicę nō solū opponit̄ hæresi:sed scismati. Si uero unitas ecclesiæ attēderet̄ solū penes unitatē cœlestis capitis/illiusq̨ sacramētorū ac rei speratę creditę/& amatę/unitas ecclesiæ non opponeret̄ scismati:nam cum huiusmodi unitate stat scisma:ut patet ex eo ꝙ scismatici habent̄/qui ab unitate apostolicæ sedis separati sunt. Ex hoc igit̄ ꝙ unitas ecclesiæ per Petrū unū significat̄/nō excludit̄/immo magis ex modo quo p Petrū significat̄/includit̄ ꝙ Petrus unus claues accepit:ut ecclesiæ unitatē nō solū significaret/sed etiā inchoaret/ac conseruaret. Et si perspectū acutius fuerit hoc quod ē ecclesiæ unitatē accipere claues:uerius pfectiusq̨ & fit & significat̄ accipiēdo claues in suo uno capite Petro/q̄ si non in Petro

sed absolute ecclesia illas acciperet:quoniã unitas capitis claues accipiēs/unitatē ecclesiæ nō solū significat /sed cōstruit/sicut & cōseruat. quibus omnibus careret ecclesia/si de uno nō fuisset illi capite prouisum a Christo domino. Et hinc habes unde innumeras sanctorū authoritates recte intelligere queas.

¶Solum Petrum accecepisse claues/ consonat ei/quod est ecclesiam accepisse claues. Cap.VI.



CCVRRIT POST PRAEMISSA SAtisfaciendum his qui quærunt quonam pacto stant hæc duo simul:solus Petrus accepit claues:& ecclesia accepit claues:¶Apparet enim ꝙ si solus Petrus/ergo non ecclesia:& si ecclesia/ergo non solus Petrus.Augeturq́ quæstio ex Augu. uerbis super Io. recitatis.xxiiii.q.i. quodcunq́. Quodcunq́ ligaueris sup terrã/erit ligatū & in cœlis:si hoc Petro tantum dictū est/nō hoc facit ecclesia:si aūt & i ecclesia fit/Petrus qñ claues accepit ecclesiã sanctã significauit.¶Huic em̄ quæstioni satisfieri facile pōt ab exercitatis i sacris litteris:ac scictibus has duas ueritates sic cōnexas ꝙ scda nō solū cōsentit primę/sed p̄supponit & depēdet a prima:secūdū sanctoꝝ doctrinã.Cōsiderādū siqdē ē ecclesiã catholicã dupliciter referri ad Petrū:scilicet ut significatã/& ut ichoatã:Petrus enim & significauit ecclesiã uniuersalē/& ichoauit eādē/quēadmodū caput principiū ē corporis. Inter has aūt duas reuelationes duplex ad ꝓpositū ē differētia:pria ē ꝙ significatio ptinet ad sensū mysticū/quo Petrus significat ecclesiã:ichoatio aūt ptinet ad sensum litteralē/quo istitutus ē Petrus pastor totius ecclesiæ. Scda ē ꝙ penes significationē nō attēdit̃ depēdētia rei a re/sed depēdētia significationis a significāte:penes ichoationē āt attēdit̃ depēdētia rei/a re/hoc ē corporis a capite. Vnde ecclesia dupliciter accepit claues i Petro:nam & accepit eas ut significata i Petro/& accepit eas ut ichoata i Petro:& scdm utrūq́ accipiēdi modū oportet p̄supponere hāc priorē ueritatē ad litterã/solus Petrus accepit claues.Ad significationem siquidem spectando/ quū significatio ista non sit per modum parabolæ/sed per modū rei gestæ (quia non Petrus parabolicus/seu parabolice accipiens claues/sed Petrus secundum rem gestam significat uniuersam ecclesiam/oportet fateri,unū solū Petrū scdm historiã accepisse claues:ut ex re gesta significetur unam solã ecclesiam catholicã habere claues:iuxta illud

Oppō unica. Cōfirmatio.

ambo, certum est quod ecclesiæ utrunque ius scilicet soluendi/& ligandi li-
cet/hæresis utrunque non habet. Si enim solus Petrus secundum histo-
riam nõ accepisset claues/nequaquam per modum rei gestæ figuram ge-
reret unius ac solius ecclesiæ uniuersalis. Depẽdet ergo catholicæ ec-
clesiæ significatio figurata ĩ Petro/ex ueritate rei gestę quod solus Petrus
acceperit claues: & non contrariatur illi. Si ad inchoationem quoque
spectetur/nulla est opus declaratione: quoniam manifestum ualde
est corpus dependere a capite/& quod conuenit capiti/conuenire quoque
corpori in suo capite: & ideo solum Petrum accepisse claues/est solã
ecclesiam cuius Petrus est caput accepisse claues in suo capite. Quo
circa solum Petrum accepisse claues/non excludit/sed infert uniuer-
salem ecclesiam illas accepisse/ut significatam/& inchoatam in Pe-
tro. Esse autem hãc sanctorum doctrinam/perspicere potes Cypria.
uerbis in præcedenti capitulo declaratis: ubi utrunque modum. s. signifi-
cationis per modum rei gestæ/& originis ecclesiæ a Petro docuit: dũ
dixit/super unum ædificat ecclesiam/& subdit/unitatis eiusdem ori-
ginem ab uno incipientem authoritate sua disposuit. Et rursus exor-
dium ab unitate proficiscitur ut ecclesia Christi una monstretur: ut
prædeclaratum est. ¶ Aug. autem uerba inducta eundem confir-
mare sensum patet ex duobus: primo ex eo quod aduerbio tantum uti-
tur ad excludendum extẽsionem Petri/& ad ecclesiam: dixit enim si
Petro tantum/perinde ac si dixisset si Petro secundum seipsum tan-
tum/& non secundum quod se extendit ad ecclesiam significandam uel
figurate uel cõnotatiue/ut caput significat corpus cuius est caput.
Vnde non intulit Aug. ex secũda ueritate. s. ecclesia habet claues/ne-
gationem primæ/scilicet solus Petrus accepit claues: sed expositionẽ
ipsius/scilicet quod Petrus accipiens claues significauit ecclesiam: per-
inde ac si dixisset quod non accepit secundum seipsum tantum/sed ut ex-
tenditur ad ecclesiam uniuersam/significando illam hic. n. planus est
sensus uerborum Aug. Secundo ex eo quod subiungit: si ergo in persona
Petri significati sunt ĩ ecclesia boni/& ĩ Iudæ persona significati sunt
mali in ecclesia. Hinc enim patet quod de significatione per modum rei
gestæ loquitur: nam Iudam inter apostolos significare per modum rei
gestæ malos in ecclesia dubium nõ est. Intendit ergo Aug. Petrũ se-
cundum rem gestam accipiẽtem claues/inferre ecclesiam quoque per
ipsum significatam accipere claues. ¶ Modus autem quo ecclesia
per Petrũ usque ad cõsummationẽ sæculi accipit claues/est suauissime
dispositus

Ad uerba Aug.

dispositus a diuina sapientia: nam uniuersalis ecclesia sicut distribuitur in caput & membra/ita distribuitur in suaui acceptione clauium: ut in capite quidem accipiat per successionem/in membris autē per participationem. In capite namq̧ habet claues regni cœlorum secundum actus clauibus adæquatos/in membris autem hoc est partialibus ecclesiis/ claues habet secūdum actus ordinis/& partialis iurisdictionis. ¶ Vnde patet oppositū esse eius quod apparebat proponendo quæstionem: quum enim dicimus solus Petrus accepit claues regni cœlorum socii compares excluduntur/nō illius corpus ecclesia/nō illius successor excluditur: immo tam ecclesia q̄ successor in solo Petro includitur: quia ex hoc φ solus Petrus accepit claues regni cœlorum/infertur easdem accepisse ecclesiam inchoatam/ac significatam in suo capite quidem per successionem/in membris autē per participationem: ut sic uere unū sit corpus tota ecclesia sub uno capite. ¶ Nec fallaris antiqua scismaticorum inuectione in catholicos tanq̄ monstra fingentes/dum ecclesiæ caput Petrum dicimus: quādoquidem Christus est caput corporis ecclesiæ (ut dicitur ad co lo. i.) & si Petrus quoq̧ caput ecclesiæ ponit̄/duo capita uni corpori nō sine mōstro iūgunt̄. Friuola sunt hæc: qm̄ Petrus alia rōne caput ecclesiæ dr̄/ab ea rōne qua Christus ē caput ecclesiæ: Christus enim ē caput rōne suiipsius/Petrus aūt rōne Christi. Vnde Christus ē simpliciter/& absolute caput: Petrus aūt ideo caput/quia est uicecaput: ē n. loco Christi ī cœlis residētis/caput ī terris. Vnde totius ecclesiastici corporis unū tm̄ ponitur caput simpliciter & absolute/idest Christus: Loco cuius in terris Petrus non aliud caput sed uicecaput constitutus est. Vnde nulla interuenit monstruositas in ecclesiastico corpore: nisi apud nolētes intelligere ecclesiastica nomina in sensu/in quo dicuntur/omnibus fere manifesto. ¶ Libet autem intueri hoc in loco omnibus huiusmodi obuiationibus cōmune esse unum errandi iter: inter omnes siquidem discussas positiones prima ex affirmata iustitiæ qualitate/negauit substantiæ psonā. Secūda ex affirmata ecclesia significata negauit psonā Petri significantē. Tertia ex affirmata Petri principalitate negauit eius singularitatem. Quarta ex affirmato cōmuni pariq̧ apostolatu/negauit unitatem pastoralis officii in Petro. Quinta ex affirmatis ecclesiæ clauibus/negauit solum Petrum accepisse claues. Sexta ex affirmato unico ecclesiæ capite Christo/negauit Petrum esse caput loco Christi. Et simile inuenies inferius quum

Ad obiectionem.

f

ex affirmatâ caritate Petri pastoris/negabitur persona pastoris sine charitate: & ex affirmato pascendi opere/negabitur pastoris authoritas. Aperiantur itaq; lectorum oculi: & laqueos deprehendant:

¶ Promissum esse Petro totius ecclesiæ pontificatum in antedictis promissionibus. Cap. VII.



QVATTVOR PROMISSA ESSE PEtro a domino Matthæus euangelista in supra allatis refert uerbis: quorum duo ultima/quodcunq; ligaueris/& quodcunq; solueris/cõmunicata quoq; a domino aliis apostolis idem testatur: prima uero duo/super hanc petram ędificabo ecclesiam meã/& tibi dabo claues regni cœlorum/propria Petro perseuerarunt. In quibus promitti Petro totius ecclesiæ põtificatum declarandum est/postq̃ ambæ promissiones amplius dilucidatę fuerint. Quocirca in prima ꝓmissione nõtãda sunt sex: significãtius enim uide primo ecclesiã meã/nõ ecclesias meas: secũdo ecclesiã meã/nõ aliquã ecclesiã meã: tertio ecclesiã meã/nõ omnẽ ecclesiã meã: quarto ecclesiã meã/nõ idefinite: quĩto ecclesiã meã/singulariter/seu unicã: sexto ecclesiã meã/sine additione aliqua. Attẽde sigillatim/nõ dixit ecclesias meas/sed ecclesiã meã: ut una ecclesia significaret: quæ quis multas cõprehẽdat partiales ecclesias/non ppea scindit̃ diuidit̃ aut multiplicatur ecclesia/sed unitate numerali retẽta multas habet partes/sicut unũ corpus multa habet mẽbra: iuxta uerbũ apostoli ad colo. i. ipse ẽ caput corporis ecclesiæ: & cant. vi. una est colũba mea. Dixit nõ aliquã ecclesiã meã/sed ecclesiã meã/ut nõ đ parte ecclesię/nõ de particulari aliqua ecclesia/sed de itegra/seu tota ecclesia itelligeres: neq; .n. decebat diuinã sapiẽtiã aliquã/ecclesiã ædificare super unũ Petrũ/& aliquã nõ: Dei siquidẽ pfecta sunt opa. Nõ dixit õmnẽ ecclesiã meã: tũ quia multitudinẽ ecclesiarũ supponeret distributiuũ signũ cõtra dñi sniam Io. x. alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili/& illas oportet me adducere/& fiet unũ ouile/& unus pastor. tũ quia singulare distribui uniuersaliter/implicat cõtradictoria: nisi uniuersalitas referat̃ ad ptes itegrãtes ipsũ: quod ẽ extra ꝓpositũ: & iferius nihilominus declarabit̃/qũo partes ecclesię ædificatę sunt sup hãc petrã. Dixit ecclesiã meã: nõ idefinite/uagũ relinquẽdo itellectũ ad quærẽdũ quæ esset ecclesia Christi ædificãda sup hanc petrã: sicut dubiũ reliquit itellectũ/qũ ĩ cęna dixit/unus uestrũ me traditurus ẽ:

certificati enim sumus p hęc uerba ꝙ unica tota Christi ecclesia ædificata ē sup hāc petrā/ & nō sumus suspēsi relicti. Dixit ergo ecclesiā meā: ut singularē unicā solāq; suā ecclesiā itegrā (de qua in symbolo dicit/ ꝙ est una ecclesia catholica) itelligeres. Vnde p solū pronomē meā determinauit illā: ut pciperemus ꝙ de illa una ecclesia loquitur quæ est Christi ecclesia sine additione aliqua (qlibet nāq; partialis ecclesia uocat Xpi ecclesia cū aliqua additione:) puta Romana/ Antiochena/cōstātinopolitana &c. Et hoc nō solū secundū modernum usum/sed scdm sacras scripturas: ut patet i principio utriusq; epistolę ad Cor. ubi dr ecclesiæ quæ ē Corinthi: & i pricipio ad Gala. ecclesiis Galatiæ: & ad Thessa. ecclesiæ Thessalonicēsiū &c. Habes igit qd itelligere debeas p ecclesiā meā: idē scilicet ꝙ itelligis p unā ecclesiam catholicā. ¶ Nō desunt tñ sophisticę importunitates: ex eo ꝙ quælibet particularis ecclesia uere ē Christi ecclesia arguentes. De illa ecclesia Christus loqtur/ d qua uerificat ꝙ ē ecclesia mea. i. Christi: sed de qlibet particulari ecclesia uerificat/ ꝙ est ecclesia mea: ergo de qlibet pticulari ecclesia Christus loqt/ quū dixit sup hāc petrā ædificabo ecclesiā meā. ¶ Potest siquidē facile detegi fallacia argumēti/ ad rē spectādo: & dicēdo ꝙ qlibet particularis ecclesia ē quidē ecclesia Christi: sed nō tota/ nec sine additione aliqua: sed talis/ puta/ Mediolanēsis: nec ita ē ecclesia quin sit pars ecclesiæ. Christus aūt loquitur de ecclesia itegra/ quæ nō ē ecclesia talis/ nec ecclesia aliqua/ sed ē absolute ipsius ecclesia. Nihilominus dicēdū ē/ ꝙ eo mō quo quælibet ecclesia ē ecclesia mea. i. Christi/ illo eodē mō uerificat de ea quæ ē ædificata sup hāc petrā. ¶ Quod ut plenius itelligas/ pspice differētiā i mō quo ecclesia catholica ē Christi/ & quo qlibet pticularis ecclesia ē Xpi: cōueniūt siqdē oēs/ partiales ecclesiæ cū ecclesia catholica i hoc/ ꝙ sūt Xpi (nā qlibet ptialis ē Xpi ecclesia/ & ecclesia catholica ē Xpi ecclesia:) sed differūt i mō: qa ecclesia catholica ē Xpi ut totū/ quælibet aūt ecclesia est Christi ut pars: & ppea ecclesia catholica est ædificata ut totum sup hāc petrā/ quælibet aūt ecclesia particularis est ædificata sup hanc Petrā ut pars. Illo igit modo quo uerificat de ecclesia particulari/ ꝙ ē ecclesia mea/ eodemmet modo uerificat de illa quæ est ædificata sup hāc petrā: & ppterea qa ē ecclesia mea ut pars/ ē quoq; ædificata ut pars sup hāc petrā: ecclesia uero catholica qa ē ecclesia mea ut tota/ ē quoq; ædificata ut tota sup hāc petrā. Et quia totum cōprehendit quālibet partē/ & ad ptes se habet

Obiectio.

Solutio

ut perfectum ad imperfecta/& unitas & itegritas ecclesiæ pari passu currunt: ideo uerbum Christi ad litterã intelligitur de ecclesia una catholica: ratione cuius intelligitur quælibet particularis ecclesia ut pars unius ecclesiæ catholicæ edificata super Petrũ: sicut rõne unius ecclesiæ catholicæ quelibet partialis ecclesia uocari potest a Christo ecclesia mea/tanq̃ pars ecclesiæ catholicę: nec aliter uerificaret/quoniam si ab unitate ecclesiæ diuisa esset/non esset ecclesia Christi.

¶Nec putes aduersari hæc sacris canonibus aut sanctorum dictis: quæ sonare uidentur ecclesiam Romanam ędificatam esse a Christo super hanc petrã. Appellatione siquidem romanæ ecclesiæ (ut multi putãt/ ex uerbis concilii constanticñ. in condemnatione articulorum Ioannis Vuiclef/intelligitur quandoq; ecclesia catholica: & secũdum hunc sensum nulla esset in ꝓposito quæstio nisi de nomine. Sed quoniam sensus hic non consonat intentioni scribẽtium de Ro. ecclesia/ intelligentium ipsius nomine/quandam particularem ecclesiam distinctam contra alias particulares ecclesias: ideo aliter dicendum est. Ro. ecclesiam ædificatam esse a Christo super hanc petram/uerificari non per proprietatem/sed per appropriationem. Quod ex conuenientia & differentia inter ecclesiam Ro. & alias manifestatur: commune siquidem est cuilibet particulari ecclesiæ esse partem. Et hinc fit ꝙ non per proprietatem uerificatur de quacũq; particulari ecclesia/sed tantũmodo de ecclesia catholica quæ est ædificata super hanc Petram: de ipsa enim sola ad litteram loquitur Christus/dicens super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: in qua tamen omnes partiales Christi ecclesiæ clauduntur ut partes in toto. Differt autẽ Ro. ecclesia ab aliis partialibus ecclesiis propinquitate ad caput ecclesiæ catholicæ: nam ecclesia Ro. in suo proprio capite non solum proxima sed eadem facta est cum capite ecclesiæ catholicæ: ex facto enim Petri unus atq; idem factus est Pontifex Romanus/& Pontifex ecclesiæ catholicæ: secundum seipsam uero immediate hęret Pontifici ecclesiæ catholicæ. Alia aũt quæcunq; partialis ecclesia nec secundũ seipsam imediate iungit' pastori ecclesiæ catholicę/ nec secũdũ suum caput coincidit cũ capite ecclesiæ catholicę. Ob hanc igit' ꝓximitatẽ & coniunctionem ecclesiæ Ro. ad pastorem ecclesiæ catholicæ/ appropriantur uerba Christi ad Ro. ecclesiam/potiusq̃ ad alias: non ꝙ illi sint propria/sed ecclesiæ catholicæ ut dictum est. Promisit igitur dominus Petro hac prima promissione/super hãc petram ædificabo

ecclesiam meam/futurũ ipsum fundamẽtum ecclesiæ catholicæ.
¶ Per secundam autem promissionem (tibi dabo claues regni cœlorum) plenitudinem pottestatis ecclesiasticæ eidem promisit: quod tripliciter manifestatur. Primo ex ipsa re significata per claues regni cœlorum: pottestate scilicet aperiendi / & claudendi cœlorum regnũ non his uel illis/sed absolute: ut comprehendantur omnes uiatores/ quibus claudi uel aperiri regnum cœlorum potest. Huiusmodi siquidem pottestas/quadruplex pottestatis genus sub se comprehendit: hoc est iudiciariã tã i foro penitẽtiæ/q̃ in foro ecclesiæ: qm̃ omnis ecclesiasticus iudex utriusq; fori/soluẽdo/uel ligãdo apit/uel claudit regnum cœlorum illi qui soluitur uel ligatur. Pottestatem quoq; gubernatiuã ecclesiæ catholicæ: nam prouidendo/gubernando/instituẽdo disponẽdo &c. eiusmodi faciẽdo/nihil aliud fit/q̃ aperit̃ uel claudit̃ regnum cœlorum. Pottestatem etiam ad purgatorium extẽsam cõprehendit: ubi nota q; licet Christus non dederit Petro iudiciariam pottestatem super purgatorium: dedit tamen illi claues regni cœlorũ/aperiendi etiam/uel claudendi his qui sunt in purgatorio. Et propterea de pottestate iudiciaria loquens/apposuit locum scilicet super terram/dicens quodcũq; solueris super terram/& quodcunq; ligaueris super terram: eximens per hoc eos qui super terram amplius non sunt/a iudiciali pottestate Petri. Loquens autẽ de clauibus regni cœlorum/nullum exemit uiatorem/cui per ecclesiam potest aperiri/uel claudi regnũ cœlorum: sed absolute/& illimitate dixit tibi dabo claues regni cœlorum: ut posset Petrus cuicunq; uiatori regnum cœlorum aperire positiue/claudere uero saltem negatiue. ¶ Hæc autem dicentes nequaq̃ Aug. sacrosq; canones pottestatem Petri ad excomunicandum etiam defunctos tuentes oppugnamus: immo hinc q; diximus confirmamus. Nam ecclesiastica censura in defunctos quatenus soluit aut ligat/ad id respicit/quod super terram est/hoc est uiuos: qui ligantur ne cõmunicent/aut soluũtur utcõmunicent defuncto: quatenus uero aperit/aut claudit regnum cœlorum/ad defunctorum animas respicit: quibus uere hinc aperitur aut clauditur regnum cœlorum. Terminatur ergo iudiciaria pottestas sup terram: claues autem regni cœlorum ad omnes uiatores se extendunt. Pottestatem demum imperatiuam uniuersis ad ecclesiam quomodolibet spectantibus/in ordine tamen ad regnum cœlorum: exigit siquidem recta ratio ut pottestas quę supremum sortita est finem: reliquis


omnibus imperet in ordine ad supremum finem: ut facile manifestat inducendo tā in artibus/ q̄ in rectoribus ducibus & principibus. Quilibet nempe artifex/rector/dux/princeps superiorem sortitus finem/ ordinat alios artifices/rectores/duces/ principes ad suum finem: ac per hoc illis quatenus ad suum diriguntur finem/præcipit. Constat autem regnum cœlorum supremum esse finem/potestatiq; clauium Petro promissarum respondere: reliqua uero omnia temporalia ad hunc finem quandoq; oportere disponi. Sub hac igitur Petri potestate comprehenditur posse imperare regibus/& principibus omnibus/in ordine ad regnum cœlorum: nec enim huiusmodi imperium aliud est/ q̄ aperire & claudere regnum cœlorum: ut de se patet. Ex re igitur promissa per claues regni cœlorum/patet primo q̄ plenitudo potestatis ecclesiasticæ Petro p̄missa est a Christo/dicente Tibi dabo claues regni cœlorum. ¶ Declaratur deinde idem ex modo loquendi sacræ scripturæ: Isa. quidē. xxii. de Eliachim summi sacerdotis plena potestate dicitur: & dabo clauem domus Dauid super humerum eius/& aperiet & non erit qui claudat/& claudet & non erit q aperiat. In nouo quoq; testamēto Apoc. iii. de Christi potestate dr̄: q habet clauē Dauid/aperit & nemo claudit/claudit & nemo apit.

Exclusio obiectionis.

¶ Nec obstat si obiiciatur in textu euangelii non haberi/ q̄ si Petrus aperiat nemo claudit/& si claudat nemo aperit: quia & si non habentur hæc uerba/habetur tamen idem sensus. Ex eo siquidem q̄ de minoribus actibus clauium in euangelio habetur: quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis/& quodcunq; solueris super terram/erit solutum & in cœlis: manifeste habetur q̄ ita Petrus ligat q̄ nemo soluit/& ita soluit q̄ nemo ligat: quod enim in terra ligatum in cœlo quoq; ligatum est/constat ita esse ligatum q̄ nemo soluit: & similiter quod in terra solutum/in cœlis quoq; solutum est/ cōstat ita esse solutum q̄ nemo ligat. Ex hoc autem sufficienter habetur/ q̄ ita Petrus aperit regnū cœlorum/ q̄ nemo claudit/& ita claudit q̄ nemo aperit: æquum est enim ut non minus sed potiori modo possint claues Petri adæquatos sibi actus/q̄ actus minores exercere. ¶ Et aduerte q̄ uerba illa Isa. xxii. dicta sunt de Eliachim in persona Christi: ut glo. ibi dicit. In cuius signum Ioannes euangelista eadem repetit de Christo/tanq̄ monstrans illum esse i Eliachim significatum: & ipsemet Isaias. ix. ca. de Christo scripserat/& factus ē principatus sup humerum eius: ut ostēdatur clauis super humerum eius principatus

sup humerũ eius: ac p hoc undiq percipiamus/ p claues regni cœlorũ plenitudinẽ potestatis significatã. Accedit aũt ad hoc testimoniũ a cõsuetudine: i signũ enim sũmę potestatis claues regni regi offeruntᷣ. Quocirca iungẽdo ambas pmissiones/ quũ ex prima Petrus futurus sit fundamẽtũ ecclesiæ catholicę/ ubi i Petro officiũ sustinẽdi ecclesiã catholicã i fidei soliditate statuitᷣ/ & pariter ecclesiæ catholicæ necessitas ĩhęrẽdi Petro ut fundamẽto ĩponitᷣ/ ædificationis.n.rõ exposcit/ ut ædificiũ necessitatẽ habeat ĩhærẽdi petrę/ sup quã fundatũ ẽ/ ex altera uero ꝙ petro ecclesię potestatis plenitudo pollicita sit: manifeste liquet pmissum hmõi uerbis/ Petro ecclesię catholicæ pontificatũ eẽ: hæc enim duo præcipua esse in totius Christianæ ecclesiæ pontifice cõstat. Ex Matthęi euãgelistę igitᷣ uerbis tu es Petrus &c. collatis cũ aliis euangelis/ ac discussis manifestatum credimus soli Petro pontificatum ecclesiæ catholicæ esse promissum a Christo.

¶ Personæ Petri q̃uis charitate qualificatæ dictum esse: Pasce oues meas. Cap. VIII.



EXPEDITO TRACTATV DE PROMISsionibus soli Petro factis a dño apud Matthęũ: tractanda occurrit cõmissio quã saluator Petro fecit apud Ioannem/ quũ toties ei dixit/ pasce oues meas. Vbi sicut i antedictis quattuor dilucidãda occurrũt: hoc ẽ ꝙ psonæ Petri/ cui soli dicta hæc ĩtelliguntᷣ ita ꝙ nũq̃ alias cæteris similia dicta sunt ꝙ tota ecclesia pascẽda cõmissa ẽ Petro/ & ꝙ p hæc põtificatus ecclesiæ catholicæ datus ẽ Petro. ¶ Quoniã aũt soluere nescit q nodũ ignorat: quæ rẽ dubiã reddere possuntᷣ i horũ singulis afferẽda sunt. Ex dubus i primus apparet ꝙ nõ psonę/ sed qualificatę psonę dictũ ẽ/ Pasce oues meas. ¶ Prio ex cognominatione Petri: dũ appellatus ẽ Symon Ioannis/ Primo. hoc ẽ obediẽs gratiæ: neq enim frustra (ut Beda hic dicit) sic eũ dñs appellauit: sed ad hoc mysteriũ ĩsinuãdũ. ¶ Deĩde ex trina ĩterrogatione Diligis meᷣ ubi manifeste amãti dixit pasce oues meas. Ex his Secundo. enĩ apparet ꝙ non psonę/ sed personę qualificatę obedientia diuinæ gratiæ & amore ipsius Christi/ dictum est/ pasce oues meas.

¶ Hoc in loco obseruandum est ne i extremos declinemus errores/ sed media incedamus uia: quum enim de qualificatæ personæ officio agitur/ quattuor occurrũt: scilicet persona/ qualitas eius/ usus officii/ & rectitudo eius. Quę oĩa licet diuersa sint: hæretici tñ nolẽtes discernerᷣ inter potestatis usum/ & rectitudinẽ usus/ totum qualitati tribuunt:

malos Christi ministros cognoscere refutantes/quia qualificati Christi charitate non sunt: tanq̃ potestas/& rectus potestatis usus idem sint/uel saltē utrunq̧ qualitati hoc/est charitati cōmissum sit: unde latius aberrātes cuilibet iusto ecclesiasticā arrogant potestatem. Stulti autem (quorum infinitus est numerus) rectitudinem usus parvipendentes/si personæ ecclesiasticam tribuunt potestatem/quicquid fit de charitatis qualitate/fecisse putant satis. Recta uero ac catholica ratio mediam amplectitur uiam/personæ qualificatę datā & dari debere ecclesiasticam potestatem censens: ea tamen ratione ut personæ potestas/seu potestatis usus/qualitati uero rectitudo usus respōdeat. Sic enim uterq̧ uitatur error: dum sapienter qualificatę personę cōmittitur ut recte utatur ecclesiastico ministerio/& si contingit malos esse ministros ecclesia ambiguitati aut fallaciæ periculo nō subsit sed per malos etiam bona suscipiat. Et si sapiens quicunq̧ qualificatę debet personæ cōmittere rectum usum officii/hoc maxime decuit sapientiam incarnatam: & propterea tertio a Petro exigit qualitatem charitatis/cōmittendo ei actum optimum: ita ꝙ exacta charitas bonitatē actus respicit/& ipsa rectitudo seu bonitas actus charitati tribuitur: ut omnes cōmuniter doctores sonāt. Patet autem actum optimum a saluatore Petro cōmitti dicēdo/Pasce oues meas/ex singulis triū dictionū/pascere enim est conferre nutrimentum/quo oues nutriuntur/augentur/multiplicantur & uiuunt. Oues dixit/non hædos/nō boues/nō lupos/& id genus homines/luxuriosos/superbos/rapaces/inuidos/maledicos &c. Meas addidit/ut ꝓprio amore subtracto/amor Christi ratio/pascēdi oues significata expliceť. Ex quibus tribus simul iunctis perspicuum fit/ꝙ actum optimum cōmittebat Petro dicēs/Pasce oues meas: & quia (ut dictum est) actus optimus non potest nisi a charitate Christi prodire ideo personæ qualificatæ charitate a domino cōmissus est. Ex hoc autem non sequitur (ut hæretici fingūt) ꝙ qualitati cōmissum est pastorale officium: sed charitati quidem cōmissa itelligitur bonitas/seu rectitudo usus officii pastoralis: ipse autem usus personę cōmissus intelligitur. Vnde & dominus hoc i loco ter exacta charitate nō dixit/charitas tua pascat oues meas: sed psonā ter alloquitur dicens/pasce tu agnos seu oues meas. Et sicut apud Matth. persona Petri descripta est nomine proprio/& nomine proprio patris carnalis quo ad corpus/& internæ reuelationis gratia quo ad animam/ut ex his singulariter Petro cōuenientibus

personam

personam eius intelligeremus: ita quoq; hoc in loco nō semel/sed ter eodem nomine proprio/& patris carnalis persona Petri secundum carnem describitur/Symon Ioannis seu Ionæ (ut correctiores codices habent) & secundū animam ex propria humiliatione qua cor Christi scientiæ submittit/ter repetētes: Domine scis quia amo te: & ex propria contristatione contristatus est Petrus &c. ut ex his sibi propriis Petri personam aperte itelligeremus esse illam cui Christus dixit/pasce oues meas: ac proinde non dono charitatis/sed personę cōmissum officium pastorale perciperemus: ex exacta autem charitate intelligeremus charitati cōmitti rectitudinem usus officii pastoralis: nemo. n. sine charitate potest officio pastorali recte uti. Et hæc secundū literalem euangelii sensum sunt: ad mysticum uero sensum (unde efficax non potest argumentum trahi) spectat ꝙ Symon Ioannis interpretatur obediens gratiæ. Vnde patet ꝙ Christus nō qualitati/sed personę Petri qualificatæ charitate dixit/pasce oues meas: ac proinde si decidisset Petrus a charitate/non amisisset pastoralę officium sed rectum usum illius: quoniam a charitate pendet non officium/sed rectitudo usus: ut planum est apud quemlibet catholicum doctorem & solos habet hæreticos contradictores. Exclusio obiectionum.

¶ Soli Petro/ita ꝙ non aliis apostolis dictum esse. Pasce oues meas. Cap. IX.

QVOD AVTEM SOLI PETRO DICTVM sit a Christo pasce oues meas/textus ipse clare manifestat: tum ex nomine proprio suo/& patris carnalis tertio repetito: tum ex comparatione apposita ad alios/diligis me plus his? comparatiuum enim diuersitatem monstrat ipsius ad alios apostolos presentes quibus comparatur: tum ex propria Petri passione/qua contristatus describitur ex tertia iterrogatione memor negationis Christi predictæ sibi olim ipso parato mori: ita ut locus dubitationi non relinquatur. Et quoniam hæc fuerunt Petro data post resurrectionem domini/& aliis apostolis nec antea/nec postea inuenitur simile quid dictum restat ut omnino soli Petro dictum sit pasce oues meas. Nec obstat ꝙ ecclesia apostolos omnes uocat pastores dominici gregis in præfatione (Quos operis tui uicarios eidē contulisti pesse pastores) quoniam hoc ad apostolatum manifeste refertur:

& ꝓpterea eo modo dicũtur pastores dominici gregis/quo ad apo-
stolatum spectat pastoralis cura/ut autem apostoli nomen testatur/
pastorale exercitium ad apostolos spectat ut ad legatos Christi: & sic
hoc est/ut legati Christi dicũtur pastores dominici gregis. Petrus au-
tem (ut ex supra dictis & dicendis patebit) constitutus est ut ordina-
rius pastor etiam ipsorum apostolorũ: & hoc significant Christi uer-
ba: Pasce oues meas.

¶ Petro soli uniuersam committi ecclesiam/per hæc uerba Christi: Pasce oues meas. Cap. X.



VNIVERSAM AVTEM COMMITTI ecclesiam Petro per hæc uerba: Pasce oues meas so-
phistice in dubium uertitur ex sex. ¶ Primo quia nõ
dicit Pasce oues meas omnes: si.n. tota ecclesia cõ-
prehensa esset/dici debuisset omnes oues meas: sicut
dictum est docete omnes gentes Matth. ultimo.

Primo.

Secundo. ¶ Secũdo: quia nihil impossibile cõmissum est a Christo: uniuersam
aũt per orbem ecclesiam pasci ab uno est impossibile. Et si dicatur ꝙ
unus p alios posset pascere totũ orbẽ. Cõtra: quia dñs dixit pasce/&
nõ dixit fac pascere oues meas: hoc enim etiam Ethnicus posset fa-
cere cõmittere. s. aliis ut pascerent oues Christi. ¶ Tertio: quia pec-
casset Petrus si non omnes solus pauisset/si omnes soli cõmissæ sunt.
¶ Quarto: quia Petrus nullũ apostolũ misit: & qlibet apostolus or-
dinauit epos absq̃ Petri authoritate. ¶ Quinto: quia cõstemur apo-
stolos in diuersas mũdi partes tanq̃ suas portiones distributos.
¶ Sexto: qa Petrus circũcisiõis tm̃ oues sortitus ẽ: ut patet ad Gala. ii.
Vbi dicit Paulus: quũ uidissent ꝙ creditũ ẽ mihi euãgeliũ preputii/si-
cut & Petro circũcisionis: q enim operatus ẽ Petro i apostolatu cir-
cũcisionis/opatus ẽ mihi iter gẽtes. ¶ Quod manifeste aũt exorbitẽt
hæc a uero euãgelii sensu/nõ est difficile aperire. Dicẽdo siqdẽ pasce
oues meas: oportet aut oẽs/aut istas/aut nullas/uel uage oues com-
mitti pascẽdas. Et quidẽ ꝙ non has uel illas determinate cõmiserit
uerba ipsa testãtur: ꝙ uero nullas/ueritati aduersat/ꝙ aũt uage reli-
querit/& Christi sapiẽtiæ derogat/& ueritati ꝓnominis adiũcti cõtra-
riat: sapiẽtis enim gubernatoris & potẽtis definite ꝓuidere/nõ ẽ ua-
gã relinquere ꝓuisionẽ suã. Et cõstat ꝙ ex hoc ipso ꝙ solo ꝓnomine

Tertio.
Quarto.
Quinto.
Sexto.

meas demonstrãs oues nõ uage seu idefinite loq̃tur: sed ex hoc ipso q̃ nullas suas eximit/oẽs suas cõprehendit dicẽdo pasce oues meas. Et obserua peruersitatem exponẽdi: qñ apud Matth. dicitur super hanc petram ædificabo ecclesiam meam/de omni ecclesia Christi intelligendum putant/ne unam solam ecclesiam super petram ædificatam fateantur: quãdo uero apud Ioannẽ Petro dicitur pasce oues meas: indefinite exponunt/ne oues Christi sub uno pastore cõprehendant. Ibi rem singularem/unam scilicet ecclesiam catholicam/cõtra omnẽ rationẽ distribuunt uniuersaliter/hic res diuersas/multas scilicet oues distribuere uniuersaliter recusant: ut hinc uideas falsos eẽ eorum sensus: falsum enim etiam a seipso dissonat. Et per oppositum quia uero omnia consonant: ecclesiasticus sensus sicut habet q̃ ibi ita unica intelligitur ecclesia catholica/ut comprehendantur omnes Christi particulares ecclesiæ in ea/tanq̃ partes in toto: ita hic oues Christi ita intelliguntur explicate per pronomen meas/ut nulla relinquat̃ quæ sub pronomine meas comprehenditur. Et propterea non oportuit apponere omnes: quia quæcunq; oues ad quas extenditur pronomẽ meas/comprehenduntur quum dicitur: Pasce oues meas: sicut Io. x. omnes comprehensæ sunt Christi oues quum dixit dominus/animã meã pono pro ouibus meis: & rursus oues meę uocẽ meã audiũt &c. Vnde li meas uniuersalis signi supplere effectum altiori ratione necessario appositũ patet: & propterea non esse simile iudicium de hoc tex. & illo docete omnes gẽtes: ibi enim tam suas/q̃ nõ suas per electionẽ gẽtes docẽdas mãdauit/hic uero oues suas pascẽdas commisit sufficiẽter/p li meas cõprehendẽs oẽs: ut rõne & testimonio scripturę monstratũ ẽ clarissime constare ex eodẽ euangelista. ¶ Et hinc confirmat̃ sensus catholicus: quoniã quod ibi Christus promisit/ hic exhibuit: & propterea quia ibi totam ecclesiã promisit hic omnes oues cõmisit. Et cõfirmat̃ rursus ex uerbis dñi Io. x. alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili/& illas oportet me adducere/& fiet unũ ouile & unus pastor: si enim ex ouibus omnibus ouile unũ cõstare debet sub uno pastore/cõsequẽs ẽ ut quũ unus pastor instituit̃ & dr̃: Pasce oues meas/illius unius ouilis cura cõmittat̃. Dubitãdũ enim forte fuisset si plura haberet Christus ouilia/de q̃bus suis ouibus loqueret̃. quũ autẽ unũ tm̃ ouile se habere testet̃/dubitari nõ potest quas suas oues committat: nisi quis a deo desipiat ut de parte tm̃ ouilis curã cõmittat. Et cõfirmatur rursus hic sensus ex sanctorũ expositione: quorũ authori

Ad primum.

tates latius inferius affaretur. Unde Theophylus hic dicit finito prælio cōmissionem ouium mundi Petro cōmendat/non alii.

Ad secundū. ℂAd secundam uero obiectionem dicitur: ꝙ nō est impossibile/sed necessarium atq; utile omnes Christi oues/pasci ab uno ut catholicæ ecclesiæ capite. In hoc autem pascendi modo/scilicet ut a capite catholicæ ecclesiæ / clauditur ꝙ Christi oues diuersis coadiuuantibus membris pascuntur a capite: sicut totum corpus a capite regitur coadiuuantibus aliis membris. Unde non est dicēdum ꝙ Petrus pascit.i. facit pascere: sed ꝙ ipse ut caput per alia cōmembra coadiuuātia pascit omnes Christi oues: quod non posse per principem laicum aut quemcunq; alium qui non est caput ecclesiæ/fieri cōstat. Tātoq; possibilius est a Petro pasci omnes Christi oues/quanto Petrus Vicarius est Christi uiuentis/regnantis/& assistentis ad dirigendum/inspirandum/atq; adiuuandum.

Ad tertium. ℂUnde patet solutio tertiæ obiectionis: cōmissum ē enim Petro soli/nō ut solus omnimodo/sed ut solus tanq̄ caput catholicę ecclesiæ pascat omnes Christi oues: & ꝓpterea non peccat si per cōmembra adiuuatur ad pascendum Christi oues/sed peccaret si cōcaput ecclesiæ catholicæ sustineret.

Ad quartū. ℂAd quartam dicitur Petrum nullum misisse apostolum: quia præuētus est a Christo domino: q misit apostolos Io. xx. sicut misit me pater & ego mitto uos. Et propterea poterant authoritate apostolatus episcopos ordinare absq; habita a Petro facultate.

Ad quintum. ℂAd quintam dicitur ꝙ distributio apostolorum ad apostolatus exequutionem spectat: & nihil penitus obstat pastorali officio Petri: sicut ī nullo eius authoritas imminuta est/ex hoc ꝙ Christus apostolos misit: hoc.n. ad legationem/illud uero ad exequutionē pertinet. ℂEt per hoc etiam soluitur sexta obiectio: nam quantū ad exequutionē apostolatus Paulus loquitᵉ: ut ipsa uerba clare testantᵉ/q opatus ē ī apostolatu. Cū his enim diuersis exequutionibus euidēter stat unitas pastoralis curæ apud Petrū.

ℂPetro p hæc uerba/Pasce oues meas/ cōmissum a Christo pontificatum totius ecclesiæ esse. Cap. XI.


CCLESIAE TOTIVS PONTIFICATVM Petro per hæc uerba collatum īficiantur aliqui.

Primo. ℂPrimo: quia pascere non significat principari aut esse primum.

Secundo. ℂSecundo: quia uerbum Christi est uel exhortatoriū uel

præceptorium ad pascendum/non ad subiiciēdum oues. ℭEt si dicatur: pascere non potest nisi superior: quid ad me? quære locum ubi uerba sunt conferentia Petro potestatem super ecclesiam: hic enim solūmodo pascere cōmittitur. ℭVerum difficile non est pontificatū monstrare sub his uerbis datum. Pascere siquidem Christi oues/ actus est authoritatis in pascēte/ utilitatis i ouibus/ finis in Christo. Eo nāq; ipso ꝙ Christus suos ut oues pascendas Petro cōmisit meridiana luce clarius patet/ ꝙ ipsum ꝑfecit aliis ut pastorē ouibus. ℭNō oportet ergo alium quærere locum ubi Petro potestas data est super ecclesiam: quoniam hic locus eam attestatur datam: nisi quis usq; adeo desipiat/ ut Petro dictum putet: Pasce oues meas non officio pastoris/ sed officio mercenarii. Quæ etiam insipientia confutatur ex trina exactione charitatis Christi a Petro: cui enim amore Christi pascēdæ oues cōmittūtur/ procul abest amor mercenarius. ℭVnde & si pascere non significat principari/ significat tñ actum ecclesiastici principis: & rursus si non significat principari/ præsupponit tamē principatum quia præsupponit pastorem. Vnde & bene respondebatur ꝙ pascere non potest nisi superior. ℭEt quū dicitur quid ad me? respōdetur multum profecto ex ipsa ratione cōnexorum: habēt enim hoc ut altero collato reliquum tributum intelligatur. Quo fit ut si pascere non potest nisi superior/ cui datum est pascere/ datum quoq; est esse superiorem: unde ex hoc etiam capite liquet ꝙ non est alius quærendus locus scripturę/ ubi Petrus factus est super ecclesiam: quoniā hic clare habetur. ℭAffirmamus autem Christi uerbum preceptorium esse: nam si apostolo Paulo ue est si non euangelizauerit/ multo magis Petro ue est si non pauerit oues Christi. Sed non præceptoriū solummodo est Christi uerbum/ sed institutorium: nam si in conditione primę partis uniuersi uerbum Dei instituit creaturas precipuas/ & simul proprium earum opus pręcepit (iuxta illud: statuit ea i æternum & in sæculum sæculi/ præceptum posuit & nō preteribit) par est ut in creatione Christianæ ecclesiæ primum eius membrum eodem uerbo perfecerit/ præcipiendo summū pontificatus opus/ & instituēdo ipsum pontificatum. Eo uero ipso quo Petro ut pascat Christi oues cōmittitur/ Christianus populus ut oues iubetur se habere ad Petrum: frustra enim cōmitterentur ut oues pascenda a Petro/ nisi ut oues exhiberentur eidem a cōi domino. Vnde necessitas non solum passus sed subiectionis in uerbis domini significatur quum dicit: Pasce oues

Replica.

Ad primū.

Ad replicā.

Ad secundū.

meas. Attestante etiam hoc Aug. hic exponente pascere non solum docere sed regere / dum dicit oues ipsas pascendas, hoc est docendas regēdasq̧ cōmittit & Chrysto. Pasce oues meas / fratrum curam suscipe: & Glo. ex Alchui. pascere oues & credētes i Christo ne a fide deficiant confortare / terrena subsidia si necesse est subditis prouidere / & exempla uirtutis cum uerbo prædicationis impēdere / aduersariis obsistere / errantes subditos corrigere. Quocirca etsi pascere non significat principari: significat tamen Christi oues regere: in quo clauditur principari: etsi non significat principari / trahit tamen secum principari: sicut trahit secum requirere / reducere / alligare / consolidare / custodire & sanare: quorū meminit dominus Ezech. xxxiiii. unde & Petrus princeps apostolorum / & princeps super plebem Christi constitutus dicitur: & iuxta Gre. uerba ad Mauri. cura ei totius ecclesiæ & principatus cōmittitur. ¶ Et si quæratur quare dominus cōmisit pōtificatū Petro non sub uocabulo prælationis / seu authoritatis uel dignitatis / sed actus pascendi suas oues? In prōptu ratio est: & ex parte rei / quia prælatio seu authoritas ē pp pascere oues Christi / & nō ecōtra. Et ex parte appetitus regulandi: quia non locus superior / non dignitas / aut authoritas ambiēda ē / sed pastus ouiū Christi appetendus in pōtificatu: iuxta quod Apostolus postea dixit / qui epatum desiderat bonum opus desiderat. Et ex parte scripturæ adimplēdæ: dixerat enim ante passionē Luc. xxii. reges gentium dominantur eorum / & qui potestatē exercēt in eos benefici uocant̄: uos aūt non sic / sed qui maior est in uobis fiat sicut minor. Hinc enim a ministeriali actu pascēdi Christi oues / significauit pontificatū tacitū / tanq̄ annexū quid & non æstimandum nisi propter utilitatem ouium Christi: cuius oppositum contingit in regibus / & dominis gentium: qui ad hoc ut regnēt & domini sint omnia ordinant. ¶ Porro cōmissum inter actus pontificios opus præcipuum / Petri monstrat pontificatum: pascere siquidem electos præcipuus ē pontificis actus. Nā sicut ad supremā diuinę ꝓuidētię partē spectat cura electoꝝ (ad quoꝝ felicitatē nō solū cœli motū ordinauit: testāte Ioāne i Apoc. ca. vi. dictū ē illis ut requiescerēt adhuc modicū tēpus / donec impleat̄ numerus conseruorū eorū: sed etiā ipsemet descēdit de cœlis / & homo factus / crucifixus / mortuus / sepultus & cætera: oīa sustinuit pp electos) ita ad sūmā ecclesiasticā curā / quam pontificatū uocamus / spectare oportet pascere electos. Cōstat autem solos electos significari / quum dicit̄ pasce oues

meas: testante hoc ipso domino Io.x. dicente/ oues meæ uocem meã audiunt/ & ego cognosco eas/ & sequuntur me/ & ego uitam æternã do eis/ & non peribunt in æternum/ & non rapiet eas quisq̃ de manu mea. ¶ Nec propterea Petri pontificatus quasi ad solos electos se extendat/ restrictus est/ sed subordinatus electorũ pastui/ hinc est omnis circa alios pontificatus actus. Sicut enim secundum uniuersi ordinem unicus cœli motus propter implendum numerum est electorum/ & idem tamen etiam ad propagandos non electos se extendit: & secundum ordinem gratiæ summæ bonus pastor Christus animam suam posuit pro ouibus suis/ hoc est electis/ & tamen eadẽ mors pro totius mundi uita fuit: ita in sacris mysteriis summus põtificatus propter pascendos est electos/ & idem non electos comprehendit. Nec immerito: quoniam eiusdem est cura/ finis & dispositio eorũ/ quæ sunt ad finem: uita autem electorũ finis est gubernationis aliorũ. Omnia inquit apostolus. ii. ad Thi. ii. sustineo propter electos: & ad Ro. viii. omnia electis donata testãtur: & super omnia bona domini constituendi affirmãtur electi Matth. xxiiii. Nec silentio inuolutos ꝓpterea dixerim præscitos: quoniam sub agnorum nomine comprehendi aliquos præscitorum non inconuenit: sunt enim christiani multi imperfecti semper discentes/ & nunq̃ ad perfectionem ouis peruenientes: quos dominus pascẽdos simul cum ouibus/ hoc est electis commisit Petro. Vnde bis cõmisit agnos/ & tertio oues: non solum quia imperfecti maiore egẽt cura: sed ut ipso numero diuersitatẽ isinuaret agnorum suorum/ hoc est christianorum/ cõmunem uitam ducentiũ/ dum alii reprobi/ alii electi sunt: oues autem semel & ultimo cõmittuntur: quia omnes Christi oues inter electos sunt/ & crescẽs oratio ad summum terminatur. Et quum omnes pastorali Petri curæ cõmittantur/ soli agni/ & oues pascendæ cõmittũtur: lupi siquidem/ leones/ & ursi cõmissi/ intelliguntur cauendi/ fugandi/ aut exterminãdi. Vndeq; nullus a Petri pontificatu exemptus relinquitur/ etiam si solũ fuisset illi cõmissum/ pasce oues meas: ꝓpter quas fiunt omnia utpote q̃bus omnia cooperantur in bonum: ut Apostolus ad Ro. viii. testatur.
¶ Fit autem rursum huius excellentia cõmissi operis manifestior/ discurrendo per pastoralia pontificiaq; opera: nam sex illos actus pastorales Ezech. xxxiiii. positos/ scilicet requirere quod perierat/ reducere quod abiectum erat/ alligare quod confractum fuerat/ consolidare quod erat ĩfirmum/ sanare quod erat ægrotum/ custodire quod

pingue & forte)ad pastum ouium ordinari testatur dominus/arguēs de his pastores dicens: ue pastoribus israel qui pascebant semet ipsos nonne greges a pastoribus pascuntur? lac comedebatis & lanis operiebamini &c. Vbi rationem omissionis manifeste reddit ex eo ꝙ nō oues sed semetipsos pastores mali pascunt: tanq̄ omnium horū operum ratio sit uacare ad pascendum ipsas oues. ℂActus quoq; iudiciales qui in ecclesia fiunt tam in foro penitentie q̄ in foro contentioso/ad pascendas Christi oues ordinari non ē dubium. Aperire demum & claudere regnum cœlorum ad pastum ouium sic spectant ꝙ aperire regnum cœlorum est pascere oues Christi: claudere autem illud ad pastum earundem ordinatur: quando quidem ad bonum refertur electorum/quibus omnia cooperantur in bonum. Constat igitur si colligantur cuncta significata per hanc promissionē pasce oues meas/commissum Petro esse totius ecclesiæ pontificatum. Nec ut noua hæc cudimus: sed a patribus quæ didicimus pferimus/eorūdē attestatione Petri pontificatū firmātes, ut in ultimo patebit capitulo.

ℂPetrum habere ex Christi institutione successorem in pontificatu ecclesiæ catholicæ. Cap. XII.



FIRMATO PETRI PONTIFICAtu ecclesiæ catholicæ / oportet de successore eius tractare. Et ut intelligatur manifeste differentia inter catholicos & scismaticos/prenotādum ē in quo cōuenimus & in quo dissentimus: concorditer siquidē dem fatemur petrum apostolorum principem &c. fuisse Romanum pontificem/sicut Iacobus apostolus fuit pontifex Hyerosolymitanus: & propterea quemlibet Romanum episcopum successorem esse Petri in pontificatu Romane ecclesiæ / sicut quilibet Hyerosolymitanus episcopus successor est Iacobi in pontificatu Hyerosolymitanæ ecclesiæ Concorditer quoq; affirmamus Hyerosolymitanum episcopum nō succedere Iacobo nisi in Hyerosolymitanæ ecclesiæ episcopatu: nō enim succedit Iacobo in authoritate apostolatus. Sed statim dissentimus/quum inferre conantur Ro. pontificem non succedere Petro nisi in episcopatu Ro. ecclesiæ: fatemur enim catholici Ro. pontificem succedere Petro nō solū i episcopatu Ro. ecclesiæ/sed etiā i pōtificatu ecclesiæ catholicæ

Vbi si

Vbi si perspicaciter scrutati fuerimus/ uidebimus duo superesse tra-ctanda: an scilicet Petrus habeat diuino iure successorem in Pontificatu ecclesiæ catholicæ/ & an huiusmodi successor sit Romanus Pōtifex. Scismatici enim negant Ro. Pontificem episcopum esse ecclesiæ catholicæ: & prænegant oportere īstitutione diuina aliquem unū succedere Petro ī regimine totius ecclesiæ: & ante omnia negāt Petrum institutum a Christo Pontificem ecclesiæ catholicæ. Quum autem iam declarauerimus huiusmodi Petri pontificatum: superest ut primo an habeat aliquem successorem/ & demum an ille sit Romanus Pōtifex tractemus. ¶ Et iuxta prefixum modum afferenda cēsui argumenta/ quibus contra unicum Petri successorem in pontificatu ecclesiæ catholicæ insurgitur. ¶ Arguitur ergo primo ex coniunctis. Si hæc uerba Christi ad Petrū/ Tibi dabo claues regni coelorum: Matth. Et pasce oues meas Io. ulti. extendūtur ad successorem par est ut uerba antecedētia cōcomitantia & subsequentia dicta Petro a Christo/ intelligantur quoq; dicta non soli Petro sed successori: sed hoc constat esse falsum: ut patet sigillatim discurrendo. Nā apud Matth. dominus præmittit tu: es Petrus: & post subiungit reprehendendo Petrum/ uade post me Sathana quia non sapis quæ Dei sunt: similiter apud Io. præmittitur/ diligis me plus his? & similia cōcomitanter interponuntur cum Petri responsionibus: & postea subiungitur/ quum esses iunior cingebas te &c. nihil autem horum spectat ad successorem secundum litteralem sensum: ergo nec illa uerba/ tibi dabo/ & pasce oues meas/ sunt ad litterā dicta Petro & successori: sed sicut reliqua mystice applicantur ad successores/ ita & hæc. Primo.

¶ Secundo ex similibus. Verba Christi Luc. xxii. Ego rogaui pro te &c. non sunt ad litteram dicta Petro & successori: ergo nec ista/ Tibi dabo claues/ & Pasce oues meas &c. sunt dicta Petro pro se & successore. Consequentia tenet a simili: presertim quum iste textus a sacris doctoribus afferatur pro soliditate successionis Petri in fide. Antecedens uero manifestatur ex eo/ q; ibi dicitur/ & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: si enim de quolibet successore hæc dicta sint/ oporteret successorē quēlibet aduersum quādoq; esse uel fuisse/ ut de ipso possit uerificari & tu aliquando conuersus: sicut Petrus aduersus fuit negādo Christum cum periurio/ & postea conuersus cōfirmauit fratres suos. Secundo.

¶ Tertio ex aliis eidem Petro a domino dictis puta anteq; gallus cantet/ ter me negabis. Matth. xxvi. & uade ad Tertio.

mare & mitte hamum &c. Matth. xvii. cur enim huiusmodi soli personæ Petri ita φ non successori dicta exponuntur/illa autem tibi dabo & pasce/ad successorem referuntur? uoluntarie enim hoc fieri uidetur. ¶ Quarto ex omissis. Nullibi siquidem dixit Christus se loqui in illis uerbis Petro pro se & successore: quum tamen debuisset hoc docere/quum hoc ut unum de necessario credibilibus proponatur ecclesiæ: & ipse Isa. v. dixerit/quid est quod debui ultra facere uineæ meæ/& non feci ei? si enim totum quod debitum erat effecit sinagogæ iudeorum/multo magis totum effecit ecclesiæ christianæ.

Quarto

Cõfirmatio.

¶ Et augetur hoc argumentum ex hoc φ dominus Matth. ulti. dicit: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi. Vbi quia se fore in toto hoc tempore cum ecclesia nos certificare uoluit/dicendo ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem sæculi/manifestauit φ ad discipulos pro se/& successoribus eorum loquebatur. Hinc enim arguitur φ si Petro/& successori intendisset hæc dicere/explicasset/aut isinuasset successorem sicut insinuauit ibi successores discipulorum.

Quinto.

¶ Quinto ex coapostolis. Quenam ratio est/ut nullus aliorum apostolorum habeat successorem in apostolatu/& solus Petrus habeat? Et rursus quæ ratio est ut apostolorum successores sint/& dicantur episcopi (quos constat esse æquales: unde & fratres uocantur) & unus tantum episcopus successor sit Petri super totam ecclesiam? Et rursus ut prætactum est/quæ ratio suffert ut episcopus Hierosolymitanus succedat Iacobo in episcopatu illius ecclesiæ/& nõ in apostolatu/successor autem Petri succedat ei in apostolatu/ac in pontificatu totius ecclesiæ? hoc enim nõ nisi humana ratione/aut uoluntate factum uidetur: quum scripturæ desit authoritas.

Sexto.

Primo.

¶ Deinde arguitur ducendo ad inconuenientia multa. Et primo. Si ad solum Petrum refertur Christi uerbum/ergo non ad successorem: & iterum ergo cum Petro claues uenerunt & abierunt. Et probantur sequelæ: quia non potest ad plures pertinere quod ad unum tantum dicitur. ¶ Secundo: quia si ad successorem extenditur/ergo necessaria ratione/& ad alios apostolos: quia tunc erant præsentes/successores autem Petri nundum erant.

Secundo.

Tertio.

¶ Tertio: quia ridiculum esset φ omnium ecclesiarum idem batisma/eadem eucharistia/eadem confirmatio/idem uerbum Dei/idem

sacerdotium/eadem penitentiæ/unctionis/matrimonii/& reliqua sa-
cramenta/eadem fides/spes/charitas/gratia/mors/uita/gloria esset/
una hæc temporalis potentia/uni tributa esset successori Petri per
uerbum Dei quod commune est omnibus.

¶ Quarto. Si unus episcopus iure diuino cæteris præfertur/manife- Quarto
ste Hiero. in epistola ad Euandrum quæ habetur. xciii. Dist. ca. legi-
mus. hæresim docet: non solum ipse/sed Petrus/Paulus/Ioannes/
Lucas/quos inducit irrefragabiles authores. Patet enim ibi episco/
pos eosdem esse cum presbiteris/& episcopos æquales esse.

¶ Quinto: quia idem Hiero. Super epistolam ad Ti. & habetur. xcv Quinto
di. ca. olim dicit. Sicut ergo presbiteri sciunt se ex ecclesiæ consuetu-
dine ei qui sibi præpositus fuerit esse subiectos: ita episcopi nouerint
se magis consuetudine/q̃ dispensationis dominicæ ueritate presbite-
ris esse maiores/& in communi debere ecclesiam regere. Non ergo
diuino iure unus Petri successor episcopus maior est aliis.

¶ Ad huius rei euidentiam consyderandum est triplici uia manife-
stum fieri hæc Christi uerba toties repetita/Petro non solum pro se
sed pro successore suo dicta esse. Prima uia ex ipsis uerbis domini
quum dixit: Pasce oues meas/ procedit. Nam dicendo pasce oues
meas/unum ouium suarum pastorem instituit: ut ipsa uerba testan-
tur/absq; ulteriori probatione: pastor autem significat ordinarium
rectorem ouium: ut patet tum ex ipsis nominibus pastoris/& ouiũ/
tum ex ipsa ratione pascendi. Tum quia oportet eum qui ordinarie
gerit curam ouium/uel mercenarium uel/pastorem esse: sed merce-
narius non est: quia quum uidet lupum uenientem fugit/& non per-
tinet ad eum de ouibus/quia mercenarius est: ut dicitur Io. x. relin-
quitur ergo ꝙ is qui ordinarie curam ouium gerit/pastor est. Con-
stat autem pastorem utpote ordinarium officialem non finiri morte
illius qui pastorale officium exercebat/sed per successionem oporte-
re durare. Et hinc fit ut institutio pastoris sit institutio perpetui officii:
ac per hoc quod in prima institutione pastori tribuitur/pro quolibet
successore eidem datur. Vnde ex hoc ipso ꝙ dominus dicendo pasce
oues meas pastorem totius ecclesiæ instituit/pastorale officiũ totius
ecclesiæ statuit/ex tũc & i sæculũ sæculi: & cõsequẽter quod dedit tũc
Petro/significauit se dare cuilibet Petri successori in Petro. Rursus

dicendo pasce oues meas/perpetuitatem pastoris intelligendam ex alio capite monstrauit: nam oues suas duraturas sciebat/& dixit usq; ad consumationẽ sæculi in presentis miseriæ ouili uno: & propterea coipso quo ouibus in uno ouili duraturis/usq; ad consummationẽ sæculi prouidit de pastore uno/dicendo Petro/Pasce oues meas/significauit se prouidere de uno pastore/usq; ad consummationem sæculi. Habemus ergo dupliciter ex ipsis euangelii uerbis a domino institutum esse quemlibet Petri successorem pastorem totius ecclesiæ in ipso beato Petro. ℭSecunda uia ex rationibus fundatis super sacra scriptura procedit: tum quia desipientis est putare Christum prouidisse de pastore suarum ouium pro parte tẽporis/& ea minima/qua scilicet uixit Petrus: & non pro toto & tam prolixo tempore/usq; ad cõsummationem sæculi/quo durant suæ oues. Tum quia rationabile est ut uniuersalitas temporis cointelligatur uniuersalitati locorum: & proinde quia dicendo/Pasce oues meas/oues suas ubiq; terrarum comprehendit/consequens est ut easdem pro quocunq; futuro tempore comprehendat. Tum quia Christus sinagogæ dicens quid ultra debui facere uineæ meæ & non feci? insufficienter prouidisset Christianæ ecclesiæ constituens eam unum ouile sine uno pastore eo cum ouili/conuersante cum ouibus suauiter/hoc est sensibiliter/secũdum modum ipsarum ouium/ut pote quæ uiuunt non sola spirituali/sed sensitiua natura: quum tamen de ipso scriptum sit/attingit a fine ad finem fortiter/& disponit omnia suauiter sapi. viii. ℭTertia autẽ & ea optima pariter/& certissima uia procedit ex expressa diuina reuelatione facta ecclesiæ suę sanctę: Vt enim inferius de uerbo ad uerbũ afferẽtur authoritates/manifeste habetur/q; in hoc sensu a sanctis innumeris/& a sacris conciliis uniuersalibus intellecta est istitutio Põtificatus Petri super totam ecclesiam a Christo facta. Certo autẽ certius est illum esse uerum scripturę sensum/quem concorditer tradentibus sanctis/uniuersalis synodi diffinitione accedente habemus. Fatemur igitur absq; omni hęsitatione quemlibet Petri successorem/institutum in beato Petro/esse pastorem totius ecclesiæ. ℭAd primũ ergo argumentum in oppositum de concomitantibus/dicitur precedentia concomitantia/& subsequentia inueniri duplicia: uel pertinẽtia ad pastorale officiũ/ uel pertinẽtia ad pastorale offm̃/ uel nõ ptinẽtia ad hoc. Et de impertinẽtibus qu idẽ ad pastorale offm̃ (quale est illud/Vade post me Sathana: ut patet in ipso euãgelii textu) nõ opor

Ad primum.

tet esse sollicitū an spectēt ad successorē: De pertinētibus aūt dī ꝙ eo mō quo pertinent ad officium pastorale/eodem modo pertinent ad successorem. Vnde ut ad singula descendatur: quia uerba præmissa apud Matth. Beatus es Symon Bariona &c. nō spectant ad Pontificatum/sed ad confessionem quam fecerat Petrus (ut declaratū est) nec ad successorem pertinent. ¶ Quod uero dicitur tu es Petrus/& super hanc petrā &c. quia ad Pontificatum totius ecclesiæ necessario pertinet/ad successorem quoqꝫ pertinere oportet: necesse ē enim successorem Petri esse Petram.i.in fide solidum/ut super hanc petram Christus ædificet ecclesiam suam. Difficultates autem quæ circa hoc sunt/in sequenti tractabūtur capitulo. ¶ Quod autem dicitur apud Ioannē/ Diligis me & amas me? quodāmodo ad pastorale officium spectat/& quodāmodo nō. Nam rectitudo pastoralis officii amorem Christi exigit: ipsum autem pastorale officium sine Christi amore potest & haberi/& exerceri: & propterea amor Christi ad successorem quoqꝫ spectat/quantum ad rectitudinem utendi pastorali officio/nō autem quantum ad habendū/uel exercendū ipsum pastorale officiū. ¶ Et similiter quod adiungitur/quū esses iunior/licet cum Petro finitum sit/quātum ad prophetiæ consummationem: quantum tamē ad insinuatam præparationem animi pastoralis ad ponendum animam pro ouibus Christi/& frequentem euētum prosequutionū aut mortis pro Christi ouibus bono pastori/ad successoris rectitudinem atqꝫ fortitudinem pertinet. ¶ Ad secundum dicitur: ꝙ uerba illa domini/iuxta regulam de pertinentibus/uel inpertinētibus ad officium pastorale/quia ad pastorale spectat officium confirmare fratres/Petro pro se/& successore dicta intelliguntur. Vnde Theo. hic dicit. Hoc autem Petro dixit: eo ꝙ superbire poterat in his quæ promissa erant a Christo. Et rursus postq̄ me negato ploraueris/ac penitueris corrobora cæteros/quū te principem apostolorū deputauerim: hoc enim decet te/qui mecum robur es/& petra ecclesię. Cyrillus quoqꝫ hic dicit: omissis cæteris uenit ad Petrū cæteris prælatū. ¶ Nec ꝓpterea oportet quemlibet Petri successorem cadere a Christi charitate/hæc enim domini uerba/nō necessitatem/sed possibilitatem auersionis a charitate cum indeficientia fidei significant: sicut si auerti contingat/ conuersus confirmet fratres suos. Indeficientia itaqꝫ fidei in Petro/& ipsius successione impetrata asseritur/confirmatio fratrum imponitur/auersio possibilis significatur/conuersioqꝫ prædicitur. Et hoc insi

nuat aduerbiũ aliquãdo: ex hoc enim ꝙ non semper sed aliquãdo cõuersus prędicitur/auersio quoq; ꝙ quandoq; futura sit insinuatur. Ad quod uerificandum nõ oportet quemlibet successorem auerti. sed sat est/& nimis etiã ꝙ quãq; successor aliquis auertatur a Christi charitate.

Ad tertium. ¶ Ad tertiũ patere põt iã solutio: nã sola ea quæ dicta sunt Petro ptinẽtia ad pastorale offm̃ dicta fuẽt sibi p se & successore ad litterã: reliqua aũt ad litterã dicta sunt sibi soli.

Ad quartum ¶ Ad quartũ (qd maxime urgebat) iã patet responsio. significauit enim Xp̃s ipse in Petro cuilibet eius successori se loqui/eoipso ꝙ instituit eũ pastorẽ ouiũ suarũ: tum ex parte officii pastoralis: tũ ex perpetuitate ouiũ suarũ: ut prædeclaratũ ẽ. Vnde non minus aperuit hic in Petro eius successorẽ/q̃ aperuerit apud Matth. in discipulis suis eorum successores: ibi enim ex uno tantum capite scilicet diuturnitate successionem significauit/hic uero ex duobus scilicet/& ex officio pastorali/& ex perpetuitate ouiũ suarum: ut prædeclaratum est.

Ad quintum. ¶ Ad quintum dicitur: ꝙ non est eadem ratio de successione ĩ apostolatu/& de successione in põtificatu: apostolus enim ut ipsum nomen testatur/sonat ab alio missum seu legatũ (iuxta illud Apostoli. ii. ad Cor. v. legatione pro Christo fungimur & ad Ephe. vi. legatione fungor in cathena ista) non est autem legatorum uendicare sibi successores: sed finitur legatio cum legato/ nisi a domino alius mitatur. Pastor autem ordinariũ officium sonat: cuius est habere successorem: & propterea ecclesia nõ habet apostolos qui successerint in apostolatu/Christi apostolis: sed habet ep̃os succedentes apostolis/non quo ad apostolatus authoritatem/sed quantũ ad ep̃alem tam dignitatem/q̃ authoritatem. Vnde si formaliter & exactissime loquendum est/nec Petrus habet successorem in apostolatu: tum quia apostolatum cõem habebat cum reliquis apostolis/paresq; in apostolatu oẽs fuerũt/ac per hoc par est ratio in apostolatus successione de omnibus. tũ quia experientia testat' nullius Petri successoris libellos quãtũcũq; sanctos iter sacras eẽ scripturas: usq; adeo ut epistola Pauli ad Phylemonem quãuis cõmẽdaticia unius seruuli inter sacras cõputet' scripturas. Verumtamẽ quia successor Petri suc-

Primo cedens ei in pastorali officio omnium Christi (quod est põtificatus mũdi) ex hoc ipso succedit in precipuo apostolatus officio: ꝙ ut diuus Tho. dicit erat gubernate catholicam ecclesiam: hoc enim cõiter apostolis omnibus a Christo delegatum fuit: hoc Petro singulariter pastorali officio datum est/hoc solus Petri successor hereditat/ex hoc

ipso q̄ succedit Petro in pontificatu ecclesiæ catholicæ. Hinc igitur sola successoris Petri sedes uocat̃/& est sedes apostolica: utpote ea in qua sola authoritas gubernãdi ecclesiam catholicam (quæ iter facultates legatus apostolis summũ tenet locũ) residet: hinc successor Petri apostolicus/hinc eius dignitas/seu officium apostolatus/hinc eius authoritas apostolica uocat̃: utpote complectens supremam omnibus apostolis tributã authoritatẽ. ¶ Vnde solutio patet omniũ quæsitorum: & cur solus Petrus inter apostolos habet successorẽ in apostolica authoritate: quia scilicet solus istitutus ẽ a Christo pastor ouiũ suarum. Et quo pacto quũ hoc stat episcopos oẽs succedere apostolis in epali dignitatæ/& authoritatæ/& quatenus epos eẽ oẽs pares: hoc enim nihil omnino obstat ueritati declaratæ. Et quare epus Hierosolymitanus nõ succedit Iacobo i authoritate apostolica/epus aũt Romanus succedit Petro in apostolica authoritate: quia scilicet Petrus authoritatem apostolicã habuit etiã ut ordinarius pastor a Christo istitutus super uniuerso ouili suo: Iacobus autem eam habuit tantum ut apostolus. Et hoc non rõne/aut uoluntate humana factũ: sed Christi ueri Dei institutione ordinatum esse monstratum est: dum petrum solum pastorem suarum ouium istituit dicens Pasce oues meas.

¶ Ad argumẽta deinde allata ducẽdo ad icõueniẽs/rñdẽdo ad primũ dr̃ sequelas nihil ualere. Ac ꝓbationẽ aũt (qa nõ potest ad plures ptinere q̄ ad unũ tm̃ dr̃) rñdet̃ ad inumeros successores posse ptinere q̄ ad unũ tm̃ officialẽ istituẽdo dr̃: qm̃ q̄ sibi dr̃/cuilibet succedẽdi intelligit̃ dictũ: & ꝓpterea dictũ Petro primo pastori Xp̄i ouiũ instituto/cuilibet ei succedẽti in hmõi officio pastorali dictũ est. Et eadẽ est ratio de ꝓmissionibus eidẽ factis. ¶ Ad secũdũ similiter dicit̃ sequelam nihil ualere: nec esse maiorẽ/aut parẽ rationẽ/q̄ extendant̃ hæc uerba ad alios apostolos q erãt p̄sentes/q̃ ad successorẽ Petri: qm̃ quilibet successor licet i seipso tũc nõ eẽt/erat tñ in ipso Petro sub eadem officii forma. quo constat mõ non fuisse alios apostolos in Petro: qm̃ nullus sub eadẽ officii forma fuit aut futurus fuit. ¶ Ad tertiũ dr̃ q̄ nõ ridiculũ sed diuinæ rationi cõsentaneum est/ ut omniũ ecclesiarũ cõicantium in eisdẽ sacramẽtis &c. sicut est unum numero ouile institutum a uerbo Dei cõmuni omnibus/ita sit unus numero pastor illius unius ouilis istitutus ab eodem uerbo Dei cõmuni omnibus. Hoc siquidem diligenter perspecto/non est uni particulari ecclesiæ aut personæ consulere / sed unitati ouilis prouidere: ac per hoc sicut

Solutio quesitorum.

Ad primum ultimo allatorum.

Ad secundũ.

Ad tertium.

unitas ouilis cōmunis est ecclesiis omnibus particularibus/ita unitas pastoris ad omnium est utilitatem ecclesiarum. Et sic optime adimpletur quod apostolus dixit.i.ad Cor.iii.omnia uestra sūt/siue Paulus/ siue Apollo/ siue Cephas. ¶Ad quartū dicit' simul & ad quintum/consequentias nihil ualere: ut pote ex impertinentibus ad propositum deductas. Dicta siquidem a Hiero.i utroq; loco/impertinētia sunt ad propositum: utpote quæ de episcopis/& presbiteris/quatenus episcopi & presbiteri sunt/dicūtur: æqualitas namq;/seu identitas diuino iure inter episcopos & presbiteros/siue sit/siue nō sit/nihil refert ad unitatē pastoris totius ecclesiæ: non.n.ideo unus est pastor totius ecclesiæ/quia episcopus maior est presbitero: sed ideo quia unus est successor Petri/siue presbiteratus/siue episcopatus sit maximus in ecclesia Dei ordo. Aequalitas autem diuino iure episcoporū inter se quattenus episcopi sunt/nō eget probatione: quoniam illam asserimus: sed impertinens est proposito: quoniam non ideo unus ē pastor totius ecclesiæ/quia unus episcopus est sacratior altero (oēs.n. episcopi sunt æquales i episcopatus ordine/& nō est magis/aut plus episcopus successor Petri/q̄ quicunq; alius episcopus: sicut non est magis presbyter q̄ quicunq; alius presbyter) sed ideo unus est pastor totius ecclesiæ/& reliquis prælatus episcopis/atq; presbiteris/qa unus est successor Petri. Vnde patet ex hoc q diuino iure a Christo instituto unus presbiter siue episcopus Petri successor/cæteris episcopis/& presbiteris immo toti ecclesiæ præfertur non sequi Hiero. & allatos a Hiero. Petrum/Paulum/Ioannem/Lucam/hęresim docere: ut arguentes audent inferre: sed prudens lector itelligit dicta horum impertinenter deducta ad propositum.

(Margin: Ad quartum & quintum.)

¶Romanum Pontificem succedere Petro in Pōtificatu totius ecclesiæ. Cap.XIII.



VPPOSITA PETRI SVCCESSIONE oportet monstrare quis sit ille successor Petri in pastorali cura totius ecclesiæ: habet enim proprias difficultates an is sit Romanus episcopus. ¶Obiicitur igitur in primis ex parte temporis: quia Romanus Pontifex natus est p multos annos post Petri Pōtificatum: quū prius Petrus sederit Antiochiæ/& per multos annos ante absq; particulari aliqua sede fuerit. ¶Et confirmatur

(Margin: Primo.)

matur

tur hæc ratio arguendo sicut arguit apostolus ad Ro.iiii.ubi probat ex circunstantia temporis & facti Abraham non ex circucisione sed ex fide iustificatum:nulla alia ratione usus q᷑ ꝙ Abraham ante circucisionem fuerit iustus apud Deum per fidem.Si hoc eius argumentum ualet/necesse est ualere & hoc scilicet.Petrus quando claues accepit a Christo/nondum erat episcopus urbis Romæ: sed erat unus inter apostolos:ergo claues non sunt ei datæ secundum ꝙ postea uel factus/uel mutatus ē loco/uel officio (sicut Abrahæ nō est iustitia reputata qualiscunq; post fidem factus fuerit) sed prout fuit apostolus tantum. ¶ Secundo. Si Ro.Pōtifex esset Petri successor in cura totius ecclesiæ (de hac.n.successione ne contingat idem sępius replicari/semper loquimur:nisi quandoq; explicemus de sola successione in episcopatu Romano nos loqui) oporteret ꝺ quolibet Romano Pōtifice uerificari uerba Christi spectantia necessario ad successorē Petri:sed nō de quolibet Ro.Pontifice hęc uetificari oportet:ergo Ro. pontifex non est successor Petri.Probatur autē destructio consequētis/ex eo ꝙ Ro.Pontifex potest labi in hæresim: & sic non uerificabuntur de eo uerba Christi tu es Petrus .i.in fide solidus:neq; super hanc petram ædificabo ecclesiam meam:quoniam soliditas fidei in ipso super quam ædificanda est ecclesia/non inueniretur:nec ego rogaui pro te ut non deficiat fides tua:quæ omnia ad successorē Petri dicta esse monstratū est. ¶ Tertio:quia nō omnis Ro.Pontifex habet Christi charitatem/quam tamen tertio Christus exegit in institutione officii pastoralis:non est ergo Petri successor qui exacte a Christo tunc in Petro charitati non succedit. ¶ Quarto quia:non omnis Ro.pontifex pascit oues Christi:sed multi eorum pascunt oues suas dum ad propriam gloriā/authoritatem/utilitatem/& alia huiusmodi pontificatum exercent.Dicente autem domino pasce oues meas/significauit Petri successores/aut pastores esse debere ouium Christi/ipsum amantes/& illas pascentes doctrina/iustitia/& aliis huiusmodi:aut si non amet & docent/nihil hoc uerbum ad eos pertinere: ac per hoc non esse Petri successores. ¶ Quinto quia prisci Ro.Pontifices recusauerunt se uniuersales; appellari:Gre.n.suis epistolis hoc reprehendit:& narrat prędecessores suos hoc renuisse.Si.n.Gre.cum aliis noluit uocari episcopus uniuersalis/cōsequens est ꝙ nō erat/aut non se credebat uniuersalem episcopum:idem autem sonat Pōtifex uniuersalis & Pōtifex totius ecclesiæ.Non succedit ergo Ro.Pōtifex

Cōfirmatio.

Secundo.

Tertio.

Quarto

Quinto.

Sexto. Petro i Pōtificatu totius ecclesię. ℭSexto/ Cōciliū Nicenū (ut scribit li.x.ca.vi.histo.ecclesiasticæ) statuit sic. Et apud Alexādriā uel i urbe Roma/uetusta cōsuetudo seruet: ut uel ille Egipti/uel hic suburbanarū ecclesiarū sollicitudinē gerat: Si.n.Ro.Pōtifex successor eēt Petri

Septimo. i Pōtificatu totius ecclesię/nō p̄sumpsisset Nicæ.cōciliū fines suæ sollicitudini decernere i suburbanis ecclesiis. ℭSeptimo. Si.Ro.Pontifex Christi istitutione præest toti ecclesiæ ut Xpi uicarius Generalis/sequit̃ peccasse & peccare oēs q nō fuerūt/& q nō sunt sub Ro.Pōti

Pria illatio. ficis obediētia. Et hinc sequitur primo primitiuā ecclesiā totā errasse:

Secunda. quum adhuc non esset Ro, Pontifex. Sequitur deinde tot sanctos/& martyres usq; ad quadringentos annos post Christū errasse/quū tunc

Tertia. non regnosceretur Ro. Pontifex ut pastor totius ecclesiæ. Sequitur postea Asiam/Aphricam/atq; Græciā in damnatione fuisse: utpote

Quarta non recognoscentes Ro. Ponticem ut omnium caput. Sequitur demū christianos qui hodie sunt in Perside/India/Scitia/totoq; oriente damnari: eo q͂ non subsunt ro. Pontifici. Manifestatur autem hos non recognouisse r o. Pontificem eo q͂ non ab ipso/seu eius authoritate eorum episcopi sunt instituti/eorum concilia sunt celebrata.

Octauo ℭOctauo. Hiero. de uiris illus. scribit: q͂ Achatius episcopus Cæsariēsis discipulus Eusebii Pāphili/imperante Cōstantio/Liberiū Papā deposuerit/& Felicem constituerit. Cōstat autem hoc repugnare pri-

Nono matui Romani Pontificis/si totius ecclesiæ antistes esset. ℭNono. Si ulla ecclesia est prima/& mater omnium ecclesiarum/& a Christo domino immediate fundata/non est alia nisi ecclesia Hierosolymitana: quæ per multos annos fuit ante Romanam: unde exierunt omnes apostoli/& episcopi ad uniuersum orbem terrarum: In cuius signum ab omnibus ecclesiis/etiam Romana collectæ soluebātur ecclesiæ Hierosolymitanæ. ℭAd huius rei euidentiam consyderanda sunt duo: primum unde est/secundum unde scitur Romanum Pontificem succedere Petro. Circa primum autem distinguendum est de ratione succedendi/& ratione succedentis: nam ratio succedendi est non euangelica institutio/sed subsequutum factum Petri/quo ecclesia Romana appropriata est Petro appropriatione firmata. Declaro singula: cautum reddēdo lectorem/in primis q͂ aliud est succedere Petro: & aliud est succedere Petro/hunc scilicet Romanum Pontificem: ratio enim q͂ Petrus habeat successorem/institutio est euangelica: qua dominus in Petro pastoralę totius mundi instituit officiū. ut in pręcedētibus manifestatū ē: rō uero q͂ Petro succedat hic/hoc ē

Romanus Pōtifex/nō ē īstitutio euāgelica: tū qa euāgelica uoce non ecclesia Ro. appropriata Petro/sed tota ecclesia cōmissa sibi/dū dīt Pasce oues meas: & ppea si Petrus pseuerasset usq ad finē ut incepit/ absq appropriatione alicuius particularis ecclesię/nec Ro. Pontifex/ nec aliqs alius particularis eps esset Petri successor: sed migrante ad cœlū Petro/fuisset unus electus in epm catholicę ecclesiæ/q successor fuisset Petri: Tum quia si Petrus ī sede Antiochena/quam sibi prius appropriauit perseuerasset usq ad mortē/non Ro. Pōtifex/sed Antiochenus successor esset Petri. Tū quia si Petrus discessisset ex Roma non tantū loco/sed sede/ita q alibi sedem elegisset/nō successisset Ro. Pontifex Petro: sicut nec modo succedit Petro Antiochenus: qa inde discessit mutando non solum locum/sed sedem. Ex his enim patet non ex euangelica institutione ortum habere/q Ro. Pontifex succedat Petro: euangelica siquidem institutio de his mutationibus non se impedit: sed subsequētibus factis disponendum hoc reliquit. Quocirca ex eo q appropriatione firmata/Romana ecclesia Petri Pontificatui addicta est/inde ortum est ut Ro. Pontifex Petro succedat. Appropriationē autem firmatam dicimus/quia Petri morte firmata est: & quia Christi authoritate robur firmitatis obtinuit. Nam (ut ecclesia cantat) & Ambrosius in ora Ionæ contra Auxentiū/de Basilicis tradēdis: quā habes ī lib. v. epistolarū Ambro. post trigesimā secundā epistolā asserit: & ante ipsum/ī libro tertio de excidio Hierosolymitano ca. ii. Egisippus affirmat/uolēti Petro ex urbe Roma discedere/obuiās Xp̄s iussit ut Romæ mortē pateret/eidē dicēdo: Venio Romā iterū crucifigi: ut nō nuda Petri mors Romę/sed mors iussa a Christo in urbe Roma/firmaret Romanā sedē in Petri successione. Si ad ortū itaq/atq initiū successiōis Romani Pōtificis Petro spectes rōnē succedēdi īuenies fuisse ecclesiæ Romanæ appropriationem ad Pōtificatū Petri firmatā/& Petri morte/& Christi mādato. Quū aūt dicimus Petrū & Ro. Pōtificē/& Pontificē ecclesiæ catholicæ/ non duos ītelligas Pōtificatus: nō enim sunt duo ī actu: sed ī potētia tm̄: hoc ē qa potuissent eē duo: ut patet ex dictis. Vnde nō se habēt sicut duo epatus uniti: nō erat siquidē ī Ro. ecclesia epatus ante Petrū/sed ipse Petrus Ro. ecclesiā euexit ī Pōtificatū /non aliū q̄ suum/quē secū uehebat: ita q Pontificatus Petri/quem a Christo habuit relatū ad ecclesiam catholicā/retulit ipse Petrus ad ecclesiā Ro. appropriādo sibi illam. Confert autem nō nihil hæc Pontificatus unitas/ad hoc ut

idem sit Ro. Pontifex/& Pontifex ecclesiæ catholicæ: non solum unitate personæ/sed identitate pontificatus. In cuius signum non datur Ro. Pontifici duo pallia/sed unum tantum/quum tamen plura dari constet habenti plures pontificatus quibus debentur pallia.

¶ Si autem de ratione succedentis est sermo/euãgelica institutio ratio inuenitur succedẽtis. Romanus siquidem Pontifex Petro succedens authoritatẽ habet apostolicam/ab euãgelica Christi uoce/Pasce oues meas: nã cuilibet Petri successori i Petro dixit Christus/Pasce oues meas. Licet itaq; apostolicam sedẽ Romani esse Pontificis/initium habuerit ex appropriatione ecclesiæ Ro. ad Petrum: ex quo tamen firmatum sic est/eoipso quo aliquis uerus est Xo. Põtifex uerus est Pontifex ecclesiæ catholicæ a Christo in Beato Petro institutus. Manifestum est igitur unde Ro. Pontifex est Petri successor/ac totius ecclesiæ pastor. ¶ Scitur autem hoc diuina reuelatione facta: tum uniuersali ecclesiæ tum sanctis doctoribus innumeris/tum sacris conciliis. Nullus siquidem christianus dubitare permittitur ex diuina prodire reuelatione quicquid ad fidei christianæ rationem spectans (de quorum numero hoc constat per decre. unam sanctam/esse) cõtestatum inuenitur a pręfatis. Cõmunis christianorũ/& olim & nunc & semper cõfessio fuit/est/& erit Romani Pont. sedem solam esse sedem apostolicam: hoc aut nihil aliud est q̃ fateri Ro. Põtificem Petri successorem esse rectorem catholicæ ecclesiæ: nam in apostolica sede (nisi quis propriam ignoret uocem) clauditur apostolica authoritas: in apostolica autem authoritate facultatem regendi totam ecclesiam includi intelligunt exercitati in sacris litteris. Et hoc usq; adeo est clarum/ut cõcorditer dicatur apostolicæ authoritati a Christo orbem cõmissum terrarum: sic ut quilibet apostolus ubicũq; contingeret ipsum fore/istituebat ecclesias/instituebat episcopos/& id genus reliqua faciebat: ut eorũ etiã gesta testantur. Unde quum .i. ad Cor. xii. dicitur: posuit Deus i ecclesia primum apostolos: dicit glo. interli. omnium ordinatores/& iudices: manifestãs apostolicam authoritatem esse omnium ordinatricem & iudicem. Cõfitendo igitur apostolicæ authoritatis sedem/confitemur uelimus nolimus sedem ordinatricem/& iudicem omnium. Hanc autem esse intentionem confitentium/ex eo etiam aperitur q solam successoris Petri sedem apostolicam confitemur. Extat siquidẽ Hierosolymitana sedes/i qua Iacobus apostolus sedit/cuius successor ẽ episcopus Hierosolymitanus

cur ſedes illa in qua Iacobus apoſtolus ſedit(quæ prior tempore fuit q̃ quecũq; alia partialis ſedes) non eſt ipſa quoq; ſedes apoſtolica? niſi quia in illa non eſt authoritas apoſtolica/& in iſta eſt. Nam ſi ex ſola ſucceſſione ad perſonam apoſtoli affirmaretur a Chriſti fidelibus ſedes apoſtolica/dubiũ nõ eſt q multæ eſſent ſedes apoſtolicæ: & Hieroſolymitana ſedes eſſet apoſtolica/& Romana ſedes eſſet apoſtolica: modo autem quia unicam tantum nouit chriſtianus populus ſedem apoſtolicam/eamq; Romani Pont. ſedem eſſe plena uoce confitetur/clarum relinquitur per ſedem apoſtolicam intelligi ſedem authoritatis apoſtolicæ. Et cõfirmatur: quia ſicut ĩ epiſcopali ſede clauditur pontificia authoritas/& in archiepiſcopali ſede authoritas archiepiſcopalis/& in ſede patriarchali authoritas patriarchalis/ita in ſede apoſtolica clauditur authoritas apoſtolica: ac per hoc quemadmodum chriſtianus populus ad huiuſmodi ſedes recurrens/ad dictas authoritates recurrere intendit/ita ad apoſtolicam ſedem recurrens aut ipſam quolibet uenerans authoritatem apoſtolicam confitetur. Porro in profeſſione ſedis apoſtolicę clauditur eius diuinæ inſtitutionis confeſſio: nam quia ſecundum ueritatem apoſtolica tam ſedes q̃ authoritas a ſolo Chriſto eſt & eſſe poteſt a quo ſolo poſſunt apoſtoli fieri (neq; .n. minus eſt apoſtolicam ſedem ac authoritatem/q̃ apoſtolum inſtituere: ſicut non minus eſt epiſcopalem authoritatem ac ſedem facere q̃ epiſcopum) neceſſe eſt ut qui apoſtolicam cõſitentur ſedem/a Ieſu Chriſto immediate illius eſſe authoritatem fateantur: diuinoq; proinde iure inſtitutam illam eſſe profiteantur. Et hinc habes q doctores confitentes Romani Põtificis ſedem apoſtolicã/aut apoſtolatum/aut authoritatem apoſtolicam/fatentur Romanũ Põtificem eſſe totius eccleſiæ rectorem: quod notãdum ualde eſt/& ſecũdum ſe/& ne oporteat ſæpe repeti in authoritatibus ſanctorũ &c.

¶ Anteq̃ autem authoritates afferant/ad obiecta reſpondendũ eſt. Ad primum ergo dicitur nihil obſtare ſucceſſioni Ro. Pontificis Petrum/quatenus Ro. Pontifex fuit/natum eſſe poſt acceptas claues: ſufficit .n. ſucceſſori natum eſſe ante mortem eius cui ſuccedit. Ad primum.

¶ Ad argumentum autem formatum ad ſimilitudinem argumenti Pauli apoſtoli de iuſtificatione Abrahe: reſpondet militare illud nõ contra noſtram ſententiam/ſed potius contra arguentes. Manifeſtatur autem hoc diſtinguendo/ſicut in Abraham reputatione iuſtitiæ a iuſtitia reputata/ita proportionaliter in Petro acceptionem clauium Ad cõfirmationem.

a clauibus acceptis. Nam quemadmodum reputatio ad iustitiam/ Abrahæ cõuenit ex fide/ & nõ ex circũcisione postea subsequuta: ita Petro acceptio clauium conuenit ex Pontificatu ecclesiæ catholicæ tunc.n. datæ sunt ei claues/ quando factus est pastor christiani ouilis) & non ex ecclesia Ro. seu Pontificatu Romano postea subsequuto. Et similiter quemadmodũ iustitia reputata Abrahæ/ non est restricta ad statũ preputii/ sed est extẽsa ad subsequutũ statũ circũcisionis (dicẽte Apostolo ibidẽ: ideo ex fide/ ut sedm gratiã firma sit ꝓmissio omni semini/ nõ ei qui ex lege ẽ solũ &c.) ita acceptæ claues extẽsæ sunt ad subsequutũ postea Petri Pontificatũ Ro. Rursus quẽadmodũ Abrahæ iustitia reputata appropriata est subsequutæ circũcisioni/ seu ipsi Abrahæ/ ut postea pater factus est circũcisionis/ sicut ut eius semẽ ex circũcisione prælatum sit oĩbus in consummatione iustitiæ ꝓmissionũ/ & bñdictionũ Abrahæ (dicẽte Apostolo ad Gala. iii. Abrahæ dictæ sunt ꝓmissiones/ & semini eius/ qui est Christus quẽ cõstat ex circũcisione natũ) ita acceptæ claues appropriatæ sunt ecclesiæ Ro. seu Petro ut factus postea est Pontifex Ro. sic ut per ipsam aperiatur regnũ cœlorũ oĩbus cognationibus terrę. Vnde patet/ ꝙ ex huiusmodi argumẽto/ et si habetur ꝙ acceptio clauium non pertinet ad Petrũ nisi secundũ ꝙ erat tunc quũ accepit claues (erat autẽ nõ solũ apostolus/ sed pastor ouiũ Christi) nõ tñ habetur ꝙ acceptæ claues restrictæ sint/ & conclusę ad statum illum ꝑcise: sed subsequẽdo similitudinem Abrahæ habet ꝙ claues acceptæ/ & extẽsæ/ & appropriatæ sunt ad Põtificatũ Romanũ/ secũdum mutationẽ/ qua & loco/ & officio appropriata est Petro ecclesia Romana. ¶ Ad secundũ dicit posse dupliciter intelligi successorem Petri/ seu Ro. Pontificem non posse esse fidelẽ/ seu hęreticũ. Vel de ipsius persona in ordine ad ecclesiã catholicã: uel de ipsius persona secundũ seipsam. Et utroq; modo uerificat & utrũq; expressit dñs in euãgelio. Fidẽ. n. solidã i Petro/ & successoribus suis/ secũdũ ꝓprias personas significauit dominus/ & dicẽs: Tu es Petrus/ in præsenti: & dicens. Ego rogaui ꝓ te ut nõ deficiat fides tua/ i futuro. Fidẽ uero eiusdẽ in ordine ad ecclesiã/ significauit dñs/ & dicẽs Sup hanc Petrã ædificabo ecclesiã meã: & dicens Cõfirma fratres tuos. Nec obstat personæ Romani Pontificis fidei secũdũ ꝓpriã ꝑsonã/ ꝙ illa persona põt esse hęretica: qm̃ ꝗ primũ desinit esse fidelis desinit ẽt esse Petri successor/ secũdũ rei ueritatẽ/ & apud Deum: apud cuius tribunal/ qui nõ credit iã iudicatus ẽ: ut dicit Io. iii. quicquid sit

Ad secundũ.

scdm forū ecclesiasticum. Ex quo tū idē habet: nam ex hocipso q̄ ille
homo qui uocat Petri successor/ex casu a fide/iudicio ēt inuitus subii-
cit ecclesiæ/manifestat ipsum nō esse amplius Petri successorē secū-
dū ueritatē: nā si uere eēt Petri successor/iudex esset totius ecclesiæ/&
non esset illi subiectus inuitus: Ex soliditate autē in fide personæ Ro-
mani Pontificis in ordine ad ecclesiam/prouenit ut errare non possit
sententialiter diffiniēdo de fide christiana: quoniā in huiusmodi diffi-
nitione cōstruit fides uniuersalis ecclesiæ/& per eā ædificat ecclesia
Xp̄i ab ipso Xp̄o/sup petrā sedis apostolicæ. Impossibile āt eē cōstat,
uniuersalē ecclesiā errare in fide. Libet aūt intueri q̄ suauiter cōmēdata
sit huiusmodi fidei diffinitio uoce euangelica: fide siquidē cōstrui ec-
clesiam cōstat: quū sit (ut ad Hebr.x. dicit) sperādarū substantia rerū:
& ideo ædificandi/& confirmandi actui respondet: uterq̄.n. substan-
tiā ædificii respicit. Sed quoniā fides donum Dei est: iccirco Christus
sibiipsi attribuit ædificationē ecclesiæ super sedē apostolicā/dicēs/&
super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā: firmare uero fideles fluctuā-
tes ī ambiguitatibus/& quæstionibus/quæ circa fidē emergūt/qa mi-
nisterialc opus ē Petri & successoris/iō dicit Petro/& successori: Cō-
firma fratres tuos: quicquid enim agit sedes apostolica/diffiniēdo de
fide/nihil aliud ē q̄ declarare qd sub fide a Xp̄o data cōtinet: sic.n.
confirmat fratres suos. Vnde & in Calcedonen. synodo dixerūt pa-
tres q̄ cōgregati in Cōstantinopolitano cōcilio/doctrinā de spiritu
sancto tradiderunt: non quod minus esset in præcedentibus qui apud
Niceā congregati sunt inferentes: sed intellectum aduersus hæreti-
cos declarantes. Et hinc oritur ut diffinitis de fide ab apostolica sede
subsit etiam ipse Ro. Pontifex/sicut subest fidei: non.n. alicui ꝑpte-
rea de nouo subiicitur/sed quod implicite credebat/tenetur explicite
credere/ex hoc q̄ fides sufficienter explicata ē/quo ad hæc quæ prius
explicata nō erāt fidei ueritati subesse. At si cuiq̄ mira ī hac respōsiōe
dicta apparebūt: meminerit scriptū eē mirabilia testimonia tua. sunt
.n. hæc Iesu Xp̄i testimonia: Sed qd mirari fidelis debet de tali tātaq̄
diuinę gratię assistētia suo ī terris uicario: quū Caiphę pōtifici synago
gę minus legittimo/ac psequutori ipsius Christi/astiterit ad ꝓphetā-
dū ratione pontificatus: testante Io. euangelista dū dicit/a semetipso
non dicit/sed quum esset Pōtifex anni illius prophetauit/q̄ Iesus erat
moriturus pro gente/Io.xi. Cur.n. Ioannes hoc docuit/cur hoc reue-
lauit/nisi ut diuinam assistentiam peculiarem Pontifici esse reuelaret.

Ad tertium. ℭ Ad tertium dicitur: quod exacta trina dilectio a Petro rectitudinem respicit pastoralis officii/ et propterea qui non succedit Petro in dilectione Christi/ nequaquam succedit eidem in bonitate pastoralis exercitii: sed pastor est officio et nomine/ mercenarius autem studio et exercitatione.

Ad quartum ℭ Ad quartum dicitur: quod amare et pascere oues Christi/ spectare ad successores Petri sub ratione commissi et debiti: Christus enim commisit ut pasceret oues suas/ et ad hoc successor tenetur/ et ad hoc se obligauit suscipiendo pontificatum. Unde si nec amat nec pascit/ non propterea locus ille ad ipsum non spectat: nam multum ad eum spectat pascere Christi oues/ ad quem spectat ut praeceptum et ex officio debitum. Exigit quippe locus ille pascentem et amantem: quia exigitur amare et pascere debeat. Et quamuis non amans/ nec pascens indignus sit pastorali officio/ et mereretur illo priuari: non esse tamen propterea priuatum ex utroque testamento dicimus. Ezech. siquidem. xxxiiii. reprehenduntur mali pastores/ qui non Dei gregem/ sed semetipsos pascebant/ appositis propheticis minis priuationis pastoralis officii/ per ipsum Deum exercendae: pastores tamen relinquuntur. Matth. quoque. xxiii. super cathedram inquit dominus Moysi: sederunt scribae et pharisei quaecumque dixerint uobis seruate et facite/ secundum uero opera eorum nolite facere.

Ad quintum ℭ Ad quintum dicitur Grego. praedecessorum uestigia imitatum refutasse se uniuersalem appellari: ea ratione ut ipse multiles dicit/ quia si unus uniuersalis episcopus dicitur/ solus ipse episcopus uidetur dici: et sic caeteris episcopatus tolleret. Non autem ea ratione quod Ro. Pontificis authoritas restricta sit/ et ad uniuersalem non se extendat ecclesiam: superbum enim uocabulum utpote reliquorum episcoporum iniuriam praeseferens horruit Gregorius/ et non rem apostolicae authoritatis extendentis se ad uniuersalem ecclesiam. Unde post inferius ad Mauricium Impera. afferenda uerba de Petri authoritate super totam ecclesiam: subiungit de Petro. Cura ei totius ecclesiae et principatus committitur: et tamen uniuersalis apostolus non uocatur. Ubi patet Grego. simul affirmare curam totius ecclesiae/ et negare uniuersalis uocabulum. Propter quod posteriores Pontifices Ro. rem tenentes nec a Grego. humilitate discedentes/ uniuersalis nomen a recto in obliquum transtulerunt: et subscribunt se in hodiernum diem/ Ego N. episcopus ecclesiae catholicae.

Ad sextum. ℭ Ad sextum dicitur: quod aliud est loqui de authoritate/ et aliud de exequutione: quum authoritate siquidem Ro. Pontificis super totam ecclesiam/ mos fuit laudabilis ut non exequeretur Papa ea quae ad particulares aliarum ecclesiarum curas pertinebant/ nisi casus aliquis id exegisset. Et hinc mos fuit ut episcopi ab archiepiscopis confirmarentur/ curati ab

episcopis

episcopis darenť/& innumera similia fiebant. Et hæc est illa uetusta cõsuetudo cuius meminit Nicenũ conci. ꝙ annuẽte Ro. Põtifice ibi ꝑ suos legatos præsente de obseruatione huius uetustæ cõsuetudinis statuit. Ex hoc aũt nõ sequiť statutũ eẽ de authoritate Ro. Põtificis aut lesam fuisse illius authoritatẽ sicut nec hodie minuiť aut legitur Ro. Põtificis authoritas ex eoꝙ in multis ꝓuinciis Ro. Põtifici obedictibus/hmõi exequutiones per ꝓuinciales fiũt. ℂ Ad septimũ dr: ꝙ Ro. Põtificẽ Christi istitutionẽ esse prælatũ cæteris/potest dupliciter intelligi: uel quo ad rationem initii: & sic falsum est/iuxta superius declarata. Vel presupposita appropriatione ecclesiæ Ro. ad Petrum: & sic uerissimum est: & propterea conceditur sequela/scilicet omnes peccare & peccasse/qui eum non recognouerunt ut prælatum. Et quum infertur primo ꝙ primitiua ecclesia errasset/negatur sequela: quoniam tunc adhuc non fuerat appropriatio ecclesię Ro. ad Petrum: qua presupposita Pont. Ro. præest omnibus. Sufficiebat siquidẽ tunc ꝙ tota ecclesia recognosceret Petrum ut totius ecclesiæ pastorem: post appropriatam autem Ro. ecclesiam oportet recognoscere Ro. Pontificem successorem Petri/pastorẽ totius ecclesiæ/non quatenus est Ro. Põtifex/sed quatenus est successor Petri/per se/& formaliter loquendo. Quum uero infertur secundo ꝙ tot martyres & sancti ad quadringentos annos peccassent/qa non recognouerunt Ro. Pontificem: respondetur falsum esse huiusmodi martyres/& sanctos non recognouisse Ro. Pont. a principio. n. ecclesiæ Petrus recognitus est/& successiue Ro. Pont. ei succedens ut subsequentes manifestant auctoritates sanctorum. Et similiter quũ tertio ĩfertur Asiam Aphricam & Græciã errasse/ quia nõ fuerunt subditæ Ro. ecclesiæ: manifeste erratur/& quæ falsissima comprobantur inducuntur: plenum siquidem registrum Grego. curis Asię Aphricę & Græciæ/testatur oppositũ. Quod demũ inducitur christianos hodie orientales non subesse Ro. ecclesiæ (nisi de scismaticis sit sermo) falsum esse/ex gestis in cõcilio Floren. sub Eugenio. iiii. patere potest: ibi siquidem Iacobitę/Armeni atꝙ Græci Ro. Pontificem ut pastorẽ totius ecclesiæ recognoscere se confessi sunt. Ad probationem autem subiunctam: quia nec episcopi ibi a Papa instituuntur/nec concilia eorum Papæ fiunt authoritate: iam patet quid dicendum est: scilicet ꝙ huiusmodi exequutionum consuetudo in quibuscũꝙ prouinciis/Papæ nec tollit nec ledit authoritatẽ. Ve

Ad septimũ.

Ad primã illationem.

Ad secundã

Ad tertiam.

Ad quartã.

rumtamẽ pluries nostra ętate uisum est ab Orientalibus missum ad Ro. Pontificem pro surrogando episcopo seu confirmando electo:
Ad octauũ. & tempore Alexandri.vi.& Iulii.ii. ℂAd octauum dicitur nos de iure diuino loqui:arguentes autem obiiciunt damnatum uiolentiæ factum:ut ipsamet uerba Hiero.testantur:ait.n.Achatius intantum claruit ut i locum Liberii Felicem Arrianũ substitueret. Vnde Felix ille in cathalogo Pontificum non est computandus:ut testat᷑ Aug. in epistola ad Generosum:& est epistola.clxv. Ibi siquidem Aug. a Petro usq; ad tunc temporis Ro. Pontificem anastasium singulos successiue recensens/Liberio Damasum successorẽ ponit/nõ Felicẽ.
Ad nonum. ℂAd nonum dicitur Romanę ecclesiæ appellatione itelligi posse uel ipsum corpus Ro.ecclesiæ secundum se/uel secundum suũ caput:& ꝙ licet Ro.ecclesia secundum reliqua eius membra non sit prima/nec mater omnium ecclesiarum/nec immediate instituta a Christo:ipsa tamen eadem ecclesia Romana secundum suũ caput Petrum / ac Petri successorẽ/prima est ac mater & magistra omniũ ecclesiarum/& immediate a Christo euangelica uoce authoritatem ac firmitatem habens:ut prędeclaratum est. Vnde tam canonum ꝗ̃ sanctorum sententiæ Romanam ecclesiam primam/magistrã matremq; ecclesiarum omnium/aut a Christo domino euangelica uoce fundatam firmatamq; sonantes / ueræ sunt ratione capitis Et hoc intendunt qui hæc scripserunt:ut ex eo patet ꝙ eorum sententia fundatur super uerbis domini ad Petrum:qui caput fuit/& i suis successoribus est ecclesiæ Ro. Vnde nihil obstãt huic primatui quæ de Hierosolymitana ecclesia afferuntur:nam illa non fuit prior Petro:sed subdita fuit Petro. Collectæ autem ecclesiæ Hierosolimitanę/non ut prælatę sed ut indigenti ab aliis dabant᷑:ut patet ad Gal. ii.unde impertinentes sunt ad propositum.

ℂAuthoritates sanctorum antiquorum & cõciliorum/affirmãtes i Petro ac Ro.Pontifice successore Petri totius ecclesię Pontificatum institutum. Cap.XIIII.



NELIQVVM EST VT ILLIS QVOq; fiat satis/qui nesciunt a priscis ecclesiæ patribus i Asia/Aphrica & Europa uneratũ eẽ Romanũ Pont.ut totius ecclesiæ pastorẽ/nõ humana sed diuina rõne:scilicet quia in Petro institutus est rector ecclesiæ uniuersalis. ℂAfferẽdas propterea censui Græcorũ ac latinorũ antiquorũ ecclesiæ patrũ ac doctorũ sententias:nõ omnes/nec omniũ sed tot ut sufficiant ad clarã

notitiã q̄ Ro. Pontifex Petri successor est/ & habitus est semp in Petro istitutus pastor & rector totius ecclesiæ. ¶ Et a Græcis icipiẽdo: Chryso. omel. lv. super Matth. exponens illud/ super hãc petrã/ dicit: Petrũ ecclesiæ futuræ pastorẽ constituit. Et ifra. Deus concedere solus potest peccatorũ remissionẽ/ & ut futura ecclesia tot tantisq̃ fluctibus impetu irrumpentibus immobilis maneat: cuius pastor & caput piscator homo/ atq̃ ignobilis terrarum orbe reluctante: adamantis naturã firmitate superet: hæc inquam omnia quæ solius Dei sunt/ se pollicet̃ daturum. Et infra: hunc scilicet Petrũ uniuerso terrarũ orbi Christus preposuit. Et licet superius glosauerit/ & sup hãc petrã ædificabo ecclesiã meam. i. fidem atq̃ confessionẽ: inferius tñ ait: ego dico tibi tu es Petrus/ & ego sup te ædificabo ecclesiã meã. ¶ Et omel. ult. super Ioannẽ/ tractans illud: Simon Ioannis diligis me plus his? &c. dicit. Aliis omissis dũtaxat Petrũ affat̃/ fratrũ ei curã cõmittit: neq̃ negationis meminit/ neq̃ exprobrat: tantum dicit si amas me/ fratrũ curã suscipias. Et infra tractãs illud sequere me/ ait. Inquit ei sequere me: quibus uerbis iterũ curã/ & familiarẽ i cũ affectum ostẽdit. Quod siquis percontaret̃ qũo Iacobus Hierosolymis sedẽ acceperit? respondere hunc totius orbis magistrũ prapositiisse. Et infra tractãs illud/ dñe hic autẽ quid? dicit. Nã quum magna dñs Petro cõicasset/ orbis terrarum curã demãdasset/ martyrium prædixisset/ & maiorem &c. ¶ Teophilus quoq̃ Luc. xxii. tractans illud/ & tu aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos: ait. Postq̃ me negato ploraueris/ ac penitueris corrobora cæteros: quũ te pricipẽ apostolorũ deputauerim: hoc. n. decet te qui mecũ robur es/ & Petra ecclesiæ. Et infra. Quũ eẽt apostolus denegauit: ac iterũ per penitentiam obtinuit prerogatiuã ut esset antistes mũdi. ¶ Et super Io. ult. ca. super illud/ quũ ergo pransissent/ ait. Finito prandio cõmissionẽ ouiũ mũdi Petro cõmendat/ nõ alii. Et sup illud sequere me ait. In hoc q̄ dicit dñs Petro sequere me/ cunctorũ fideliũ prælaturã ei instituit. Et ifra super illud donec ueniam: ait idest dum hunc scilicet Ioannem uolens dirigam ad predicandum: te nanq̃ nunc dirigo ad orbis Põtificatum: & in hoc me sequere. ¶ Cirillus Patriacha Alexãdrinus in libro Thesau. Sicut Christus accepit a patre sceptrum ecclesiæ gentium / dux ex Israel egrediens super omnem principatum / & potestatem super omne quodcunq̃ est / ut ei cuncta curuentur: sic & Petro/ & eius successoribus plenissime commisit: & nul

li alii q̃ Petro Christus quod suum est plenum/sed ipsi soli dedit. Et rursus. Pedes Christi humanitas est/scilicet ipse homo: cui tota trinitas plenissimam dedit potestatem: quem unus trium assumpsit in unitate personæ/transuexit ad patrem super omnem principatū & potestatem/ut adorent eum omnes angeli Dei: quem totum dimisit per sacramētum/& potestatem Petro/& ecclesiæ eius. Et iterum. Petro omnes iure diuino caput inclinant: & primates mundi tanq̃ ipsi domino Iesu obediunt. Et iterum. Ipsius apostolici throni Romanorum Pontificum solius est reprehendere/corrigere/statuere/soluere/disponere/& loco illius ligare qui ipsum ædificauit.

¶ Maximus i epistola Oriētalibus directa. Omnes fines orbis qui dominum sincære receperunt/& ubiq; terrarum catholici ueram fidem confitentes in ecclesiam Romanorū tanq̃ in solem respiciunt/& ex ipsa lumen catholicæ/& apostolicæ fidei recipiunt.

¶ Cirillus patriarcha Hierosolymitanus/ex persona Christi loquēs dicit Petro. Tu cum fine/& ego sine fine cū omnibus quos loco tui ponam/plene & perfecte sacramento/& authoritate ero sicut sum & tecum. ¶ Cōcilium Calcedoneñ. (ut in eius gestis legitur) tempore sancti Leonis/& Martiani Impatoris acclamauit Leoni Papę. Leo sanctissimus apostolicus/& uniuersalis. ¶ Et prius tempore Diocletiani & Maximiani Imperatorum (ut habetur Dist. xxi. nunc autem) quū Marcellinus Papa /& postea martyr timore ductus tu rificasset idolis/synodus episcoporum collecta huius rei gratia dixit: prima sedes nō iudicabitur a quoq̃. ¶ Et longe ante Anacletus martyr Traiani tēpore/natione græcus/patria Atheniensis/ait. Sacrosancta Romana/& apostolica ecclesia nō ab apostolis sed ab ipso domino/& saluatore nostro primatum obtinuit: sicut beato Petro apostolo dixit: tu es Petrus/& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam/& tibi dabo claues &c. ut habetur Distin. xxii. sacrosancta. Et rursus ut habetur Distin. xxi. in nouo idem dicit In nouo testamento post Christum dominum a Petro sacerdotalis cępit ordo: quia ipsi primo Pontificatus i ecclesia Christi datus est domino dicente ad eum: tu es Petrus & super hanc petram &c. Et iterum. Eiectionem summorum Pontificum sibi dominus reseruauit. lxxix. Dist. eiectionem. ¶ Marcellus Papa & martyr tēpore Diocletiani & Maximiani/seu Cōstantii & Galeri/qui Imperii gubernacula susceperunt post Diocletianum & Maximianum in ca. rogamus uos.

xxiiii.q.i.ait de Petro. Ipse ē caput totius ecclesiæ: cui dominus ait/ tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam &c. ¶ Cyprianus quoq; martyr in tractatu de simplicitate prælatorum dicit ea quæ referuntur .xxiiii.q.i. loquitur dominus quæ breuitatis causa non duxi repetenda. In illis siquidem Petri Pontificatus satis patet: ut declaratum superius est. ¶ Ambrosius in sermone .xlvi. de fide Petri apostoli: & habetur distinctione .l. ca. fidelior. dicit de Petro. Tanq̄ bonus pastor tuendum gregem accepit: ut qui sibi infirmus ante fuerat fieret omnibus firmamentum: & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat/ cæteros fidei soliditate fundaret. Deniq; pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur: sicut ait dominus/ tu es Petrus & super hāc petram ædificabo ecclesiam meā: Petra enim dicitur eo φ primus in nationibus fidei fundamēta posuerit/ & tanq̄ saxum immobile totius operis christiani compagem molemq; contineat. ¶ Et idem in hymno dominicali Petrum petram ecclesiæ appellat/ dicens: hoc ipsa Petra ecclesiæ canente culpam diluit. Testatur siquidem Augustinus in libro primo retract. ca.xxi. hunc hymnum Ambrosii esse. ¶ Et in sermo.xi. de mirabilibus. Hanc igitur solam ecclesiæ nauem ascendit dominus/ in qua Petrus magister est constitutus: dicente domino/ super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quæ nauis in altum sæculi istius ita natat: ut pereunte mundo omnes quos suscipit/ seruet illæsos. Cuius figuram iam in ueteri uidemus testamēto. Sicut enim Noę arca naufragante mundo cunctos quos susceperat/ incolumes reseruauit: ita & Petri ecclesia conflagrante sæculo/ omnes quos amplectitur/ repræsentauit illæsos. Et sicut tunc transacto diluuio ad arcā Noæ columba signū pacis detulit: ita & transacto iudicio ad ecclesiam Petri Christus gaudium pacis refert: quia ipse columba uel pax est. ¶ Et idem super epistolam primam ad Thi.ca.iii. tractans illud: ut scias quemadmodum oporteat te in domo Dei conuersari/ quæ est ecclesia Dei uiui &c. ait. Quum totus mundus Dei sit: ecclesia tamen domus eius dicitur/ cuius hodie rector est Damasus: mundus enim in preuaricatione est diuerso turbatus errore: ideo illic necesse est dicatur esse domus Dei & ueritas/ ubi secundum uoluntatē suam timetur. ¶ Et in li. de excessu fratris sui nomine Satiri narrat commēdat/ ac tuetur cautelam/ ac sapientiam eiusdē in peregrinis partibus percōtantis si episcopus esset catholicus/ hoc est cum Romana ecclesia conueniret: dicens ca.vii. Aduocauit ad se episcopum

nec ullam putauit ueram nisi uere fidei gratiã: percũctatusq; ex eo est utrum/nam cum episcopis catholicis/hoc est cum Romana ecclesia conueniret. Quũ Romana dixit/non Hierosolymitana non Antiochena non Cõstantinopolitana &c. cur hoc nisi qa Romana cõmunis est omnibus catholicis/proculdubio ut caput. Simile siqui dem apud Hieronymum refugium inuenies/scribẽtem ad Damasum epistola septima. Ego interim clamito siquis cathedræ Petri iũgitur/meus est. ¶ Hiero. super Matth. ait. Symoni q credebat in petram Christum Petri largitus est nomen: ac secundum metaphorã Petrę recte dicitur ei/ædificabo ecclesiã meam super te.

¶ Rursus ad Damasum: & habetur. xxiiii. q. i. quoniã uetusto. Ego nullum præmium nisi Christum sequens/beatitudini tuę. i. cathedrę Petri cõmunione consocior: super illam petram ædificatã ecclesiam scio. Et infra. Quicunq; tecum non colligit spargit: hoc est qui Christi non est/antichristi est. Vbi nota Hiero. pro eodem computare Christum & Papam quantum ad ea que sunt fidei: de his. n. eũ loqui clare patet uidenti epistolam quartam. ¶ Idem quoq; libro primo contra Iouinianum ca. xiiii. ait. Inter. xii. unus eligitur/ut capite constituto scismatis tollatur occasio: & loquitur proculdubio de electiõe Petri non ab apostolis/sed a Christo: ut patet ex solutione subiunctę mox quæstionis: sed cur non Ioannes uirgo electus est? soluit enim ne magister bonus qui dixerat. Pacem meam do uobis &c. in adolescentem quem dilexerat causam prebere uideretur inuidiæ.

¶ Idem rursus epistola. ii. ad Damasum: & habetur. xxiiii. q. i. hæc est fides ait. Si hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur: quicunq; me culpare uoluerit/se imperitum uel maliuolum uel etiam non catholicum/non me hæreticum comprobabit. Vbi quia uides ex sedis apostolicæ iudicio pendere /esse uel non esse catholicum aut/hæreticum/summum Christi in terris tribunal agnoscere potes: ad quod de fidei iudicium spectare constat.

¶ Augustinus non solum Petrum principem apostolorum affirmat: sed quum consuleretur sedes apostolica de fide cõtra Pelagianam hæresim/a duobus Cõciliis Carthaginensi & Mileuitano subscriptus inuenit͛. Et respondente Innocentio Papa ad Carthaginẽse quidem concilium. Patrum instituta sacerdotali custodientes officio nõ cẽsetis esse calcanda/q; illi non humana sed diuina decreuere sentẽtia/ut quicquid de disiunctis remotisq; prouinciis ageretur / nõ prius ducerent finiendum/nisi ad huius sedis notitiam perueniret:

ubi tota huius authoritate iusta quæ fuerit pronunciatio firmaretur/ indeq; sumerent ceteræ ecclesiæ uelut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent. Et per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manerent: qd precipere/quos abluere/quos uelut in ceno inemundabili sordidatos mundis digna corporibus unda uitaret. Ad cōcilium uero Mileuitanum. Quotiens fidei ratio uentilat arbitror omnes fratres/& coepiscopos nostros nō nisi ad Petrum.i. sui nominis/& honoris authorem referre debere: uelut nunc retulit uestra dilectio q per totum mundus possit omnibus ecclesiis in cōmuni prodesse. ¶ Augustinus ad Paulinum epistola. cvi. referens hæc gesta cōmendat Innocētii litteras responsiuas subiungens. Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo quo fas erat/atq; oportebat apostolicę sedis antistitē. ¶ Rursus secundo libro de baptismo/ cōtra Donatistas capitulo primo (& habetur.ii.q.vii.puto) Petri cathedram cuilibet præferte piatui quum/comparādo Cyprianū Petro ait. Vereri debeo ne in Petrum cōtumeliosus existam: quis enim nescit illum apostolatus principatum cuilibet epatui prȩferendum? sed et si distat cathedrarum gratia/una tamen est martyrium gloria. ¶ Itē in secundo libro de doctri. christiana/non longe uerius principiū/decretales epistolas apostolicæ sedis inter canonicas habēdas scripturas censet/dicens.n. In canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum/q̄ plurium diuinarum scripturarum sollertissimus indagator authoritatem sequatur: inter quas sane ille sint quas apostolica sedes habere/& ab ea alii meruerunt accipere epistolas. Qui enim decretales fidei quas apud se habet uel aliis misit apostolica sedes inter canonicas esse habendas scripturas affirmat/supponit proculdubio apostolicam sedem non solum cunctis prȩlatam sedibus: sed diuinam ut pote fidei magistram. ¶ Gregorius in registri libro quarto epistola. xxxii. ad Mauritium Augustum ait. Cūctis euangelium scientibus liquet q uoce dominica sancto/& omnium apostolorum principi Petro apostolo totius ecclesiæ cura cōmissa est: ipsi quippe dicitur Petre amas me? pasce oues meas. Ipsi dicitur ecce Sathanas expetiit cribrare uos sicut triticum. & ego pro te rogaui ut non deficiat fides tua/& tu aliquādo conuersus cōfirma fratres tuos. Ipsi dr tu es Petrus & super hanc petrā ędificabo ecclesiā meā/& portæ inferi nō præualebunt aduersus eā: & tibi dabo claues regni coelorū/ & quodcunq; ligaueris sup terrā erit ligatū & in celis/& quodcūq; solueris sup terrā erit solutū & in celis. Ecce claues regni celestis ac

cepit: potestas ei ligandi & soluẽdi tribuitur: cura ei totius ecclesiæ & principatus cõmittit. ¶ Sanctus leo primus/i sermone tertio de anniuersario suæ assumptionis die ait. De toto mundo unus Petrus eligit q & uniuersarũ gentiũ uocationi/& oĩbus apostolis/cunctisq̧ ecclesiæ patribus preponat: ut q̃uis in populo Dei multi sacerdotes sint/multiq̧ pastores/oẽs tñ regat Petrus quos principaliter regit & Christus. Magnũ & mirabile dilectissimi huic uiro consortiũ potẽtię suę tribuit diuina dignatio: & si quid cum eo cõe cæteris uolui. eẽ principibus/nunq̃ nisi per ipsum dedit quicquid aliis non negauit. ¶ Venerabilis Beda super illud Io.i. intuitus autem in eũ Iesus dicit: Vidit cordis eius simplicitatem/animi sublimitatem: cuius merito cunctę esset preferendus ecclesiæ. ¶ Bernardus non solũ plu ries Romanum Pontificem Iesu Christi uicarium/& totius ecclesiæ caput appellat: sed in epistola prima ad Eugeniũ papam. ccxxxvii. in ordine epistolarum ait. Locus in quo stas terra sancta est/ locus Petri est/locus principis apostolorum/ubi steterũt pedes eius: locus illius est/quẽ cõstituit dñs dñm domus suę/& principẽ omnis possessionis suę: merito tali pastori tali nutritio cõmissa est ecclesia/quum adhuc tenera adhuc i cunabulis eẽt. ¶ Et in epistola. ccxlii. ad Romanos qñ discesserunt a dño Papa ait. Cur regẽ terrę/cur dñm cęli furore tã intollerabili q̃ irrationabili in uos pariter ꝓuocatis? dũ sacrã & apostolicam /sedem diuinis regalibusq̧ priuilegiis singulariter sublimatã/ausu sacrilego incessere/suoq̧ minuere honore cõtẽditis? ¶ Et i epistola. cxxxi. ad Mediolanẽses/de plenitudine potestatis apostolicæ ait. Romana ecclesia ualde clemẽs est/ sed nihilominus potens: fidele cõsiliũ/& omni acceptione dignũ: noli abuti clemẽtia/ne potentia opprimaris. Sed dicit aliqs: debitã ei reuerẽtiã exhibebo/& nihil amplius. Esto. Fac q̄ dicis: qa si exhibeas debitam/& omnimodã. Plenitudo siquidẽ potestatis super uniuersas orbis ecclesias singulari prerogatiua apostolicę sedi donata est: qui igit' huic potestati resistit/Dei ordinationi resistit. Potest si utile iudicauerit nouos ordinare episcopatus/ubi hactenus non fuerunt: potest eos qui sunt/alios deprimere: alios sublimare: prout ratio sibi dictauerit: ita ut de episcopis creare archiepiscopos liceat/& econuerso si necesse uisum fuerit. Potest a finibus terræ sublimes quascunq̧ personas ecclesiasticas euocare/& cogere ad suam præsentiã: non semel aut bis: sed quotiens expedire uidebit. Porro in promptu est ei omnem ulcisci inobedientiam siquis forte relactari conatus fuerit.

¶ In gestis

¶ In gestis Concilii constantieñ. inter damnatos articulos Ioannis uuicleff/& Ioannis hus reperiuntur hi duo: scilicet Petrus nõ est nec fuit caput sanctę ecclesiæ catholicæ: nõ est de necessitate salutis cre/dere Ro. ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias. Et subditur. error est: pro quanto negaret primatum summi Pontificis sup alias ecclesias particulares. ¶ Sanctus Tho. in.iiii. contra gē. ca. lxxvi. postq̃ multipliciter probauit unum episcopum prælatum a Christo toti ecclesiæ/subdit. Per hoc autē excluditur quorundam præsum/ptuosus error/qui se subducere nituntur ab obedientia/& subiectio/ne Petri/successorem eius Romanum Pontificem uniuersalis ec/clesiæ pastorem non recognoscentes. ¶ In concilio quoq; uniuer/sali Florentie sub Eugenio. iiii. ubi Grecorum/Armenorũ & Iacobi/tarum cum Romana ecclesia facta legitur unio/habentur hæc uer/ba. Diffinimus sanctam apostolicam sedem/& Ro. Pontificem in uniuersum orbem tenere primatum: & ipsum Romanum Pontifi/cem successorem esse beati Petri principis apostolorum/ & uerum Christi uicarium/totiusq; ecclesiæ caput/& omnium christianorum patrem ac doctorem existere: & ipsi in beato Petro pascendi/regē/di/& gubernãdi uniuersalem ecclesiam a domino nostro Iesu Chri/sto plenam potestatem traditam esse: quemadmodum etiam i ge/stis Hicumenicorum cõciliorum/& in sacris canonibus continetur. Hec ibi. ¶ Vbi nota non nouiter ab hac synodo inuentam fuisse hanc difinitionem/sed ipsam contineri in aliorum uniuersaliũ con/ciliorum gestis: & propterea hoc unum concilium sufficit pro om/nibus ad firmandam fidem huius ueritatis. ¶ Pretereo turbam ca/nonum & doctorum (quam dinumerare nemo potest) idem sentiē/tium. Tum euidenter siquidem ex his que attulimus clarum est Ro. Pontificem Petri successorem/a Christo in Petro institutum esse to/tius ecclesiæ pastorem/ut locum dubitationi nullus relictus sit. Si/quis autem post hæc hæsitans inuenitur/aut rudis & ineptus/aut cum hereticis seu scismaticis sapit/aut certe christianus non est: ine/ruditus quippe ualde/& indocilis est quisquis certitudinem mathe/maticam in omnibus quærit: ut philosophi tradunt. Hereticorũ atq; scismaticorum proprium est sacra uti scriptura/ secundum sensum tamen quo ipsi faciunt illam sonare. Christianorum autem qui ue/re catholici sunt sapientia/ sacram scripturam intelligit secundum sensum quem sancti doctores/quem sacra concilia/ apostolica au/

thoritate roborata interpretantur. Hunc sciendi christianam ueritatem modum quisquis repellit/christianus non est: ab hac uia qui recedit/infidelis inuenitur. Nam licentia exorbitandi ab hac uia si admittitur/trinitatis unam substātiam reuocare in dubium cum Arrio fas est: spiritum quoq; sanctum procedere a filio/ambiguum adhuc cum priscis erit: panē in sacramento altaris cōuerti in corpus Christi dubitabitur. Hæc enim omnia nulla alia uia aut authoritate sunt christianis reddita certa/& indubia fide tenenda/nisi interpretatione sacræ scripturæ iuxta sanctorum documenta/& sacrorum conciliorum authoritate apostolica firmatorum diffinitionem. Quocirca quum textus euangelici ad propositum adsint/& sanctorum doctrina cōformis in proposito pateat/nullo penitus sanctorum reluctāte/sacrorūq; conciliorum cum apostolica authoritate inueniatur diffinitio/ omnisq; christianorum ętas a Petro hucusq; in sancta ecclesia catholica hoc confessa inueniatur/relinquorumq; doctorum testimonia innumera sint: certum ita redditur Romanum Pōtificem Petri successorem/in Petro a Christo institutum totius ecclesiæ pastorem/ut certior fides haberi non possit.

¶ Ipressum Mediolani per. Io. De Castiliono mense Augusti. M.D.XXI.

